CROCOLOGIA.

—

J. F. HERTODT.

1671

65439/A

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

(1) HERTODT, J.F.

(2) HERTODT, J.F.

(3) BECHER, J.J.

XII



Gio. Bt.a Spies delin. *Joh. Mart: Lerch incid:*


CROCOLOGIA.
Adhuc vivo.
Gio. Btta Spies del:
J. M. Lerch incid

XII 2

LONDON·MEDICAL SOCIETY
K. 9. 31

CROCOLOGIA
ſeu
Curioſa CROCI
Regis Vegetabilium
ENUCLEATIO
CONTINENS

Illius Etymologiam, differentias, tempus quo viret, & floret, culturam, collectionem, uſum mechanicum, Pharmaceuticum, Chymico-Medicum, omnibus penè humani corporis partibus deſtinatum, additis diverſis obſervationibus, & quæſtionibus CROCUM concernentibus,

AD NORMAM ET FORMAM

S.R.I. Academiæ Naturæ

Curioſorum

congeſta

à

JOAN. FERDINANDO HERTODT,
Ph. & Med. Doctore, S. R. I. Acad. Nat. Curioſ. Collega, Reg. Civit. BRUNENSIS Phyſico.

JENÆ
Sumptibus VITI JACOBI TRESCHERI,
Bibliopolæ Vratislavienſis,
Typis JOHANNIS NISI, M. DC. LXXI.

POTENTISSIMO

ac

INVICTISSIMO

ROMANORUM IMPERATORI

LEOPOLDO I.

PERPETUO AUGUSTO.

Germaniæ, Hungariæ,

Bohemiæ, Dalmatiæ,

Croatiæ, Sclavoniæ, &c.

REGI,

Archiduci Auſtriæ,

Duci Burgundiæ, Styriæ,

Carinthiæ, Carniolæ,

&

Würtenbergæ, &c.

Comiti Tirolis, &c.

AUGUSTISSIME CÆSAR!

Adgeniculatur ad Sacra Tuorum Pedũ Pulvinaria Rex Vegetabilium *Crocus*, generoſæ humilitatis Symbolum, Homagium debitæ reverentiæ & devotionis litaturus; Nec timet repulſam: flos enim ſolaris eſt, atque Auſtriaci Soli vernaculus & indigena: qui ut florere poſſit, Sole Auſtriaco, Glorioſis nempè Tuis Auſpici-

ſpiciis amplius ut irradietur, opus habet. *O! Auſtria, de benedictione enim Domini Terra Tua;* Nec illi uda Pleias, nec nimboſus Orion, nec furibundus Æolus nocebit; *perflet tantum Auſtriaci favoris Auſter Hortum meum, & creſcent aromata Croci.*

Suſcipe Maxime Cæſar florem hunc parvum & humilem Patroni Magni indigum, eoque in ſinu tuere, ubi quondam nulli vitio dabatur Deos ſuos pro fortunæ ſuæ modo lacte vel vino colere: ipſique

cælites (ut de Divinis olim retulit Pythagoras) non rerum copiam, ſed animos offerentium ſpectent.

Ego certè dum Auſtriacum Florem offero, id unum ſymbolicè intendo, ut Domus Auſtriaca cum Croco æternum vireat, floreat, & creſcat in mille millia, & poſſideat ſemen illius portas inimicorum ſuorum.

Ita voveo, ita precor

Sacræ Cæſar. Majeſt. Tuæ

humillimus Cliens

Joannes Ferdinandus Hertodt.

Ph. & Med. D.

Æque, & candide Lector.

QUem ſub nomine Curioſorum in lucem prodire cernis libellum, antequam Tibi inſtituti noſtri ratio nota ſit, ex obliqua opinione ne credas Curioſis, & talibus, quarum nulla eſt utilitas repletum eſſe, qui vel Coloſſos deſcriberet, aut Labyrinthos, aut quale filũ illud Ariadnæum, qualis nodus

ille Gordonius inexplicabilis, quæ Mydæ Virgula omnia commutans in aurum, quomodo Junonem duxit Jupiter, quæ muſcarum quadrigam tegentium copia, quis ille lebes Dodonæus, quæ Ægyptiorum Pyramidum moles fuerit: quæ præter Bombilianam arrogantiam, & opulentiæ barbaricæ ſtultam ac otioſam oſtentationem nihil

ha-

habent. Florem Tibi ſimplicem ſiſto, virtute verò eximium, Crocum *nempè: quem ſi ſimpliciter conſideras, vitæ tuæ ſymbolū præbet, ubi* [a] *utriusque ſplendor unius horæ momento in ludibrium vertitur: ut non immeritò* Heraclius Epheſius Philoſophus *ad omnium hominum accurſum fleverit, dolens, quod nihil ſani eſſet, nihil in ho-*
 mine

mine non caducum, fluxum, ac deceptibile. [b]

Ubi verò Floris hujus intimiorem Anatomen inſtitueris, reperies hunc morborum, vitæ tuendæ (quâ nihil majoris pretii eſt) & fatalium ac decretoriorum temporum prorogandorum (ſi ita fas eſt dicere) ſummam Medicinam poſſidere.

Iſthinc Candide Lector

cum

cum apibus mel lege, & cum ipſis in fœcundo oleæ ramo conſidentibus ad inoffenſam valetudinem producendam hoc flore ſimul & fructu diu fruere.

(a) *Gregor. Pachym. Hiſt. l. 8.*
(b) *Laert. l. 9. in vita ſua.*

Caba-

Cabaliſtichon

quo

AVCtorI CroCoLogIæ CVrIosorVM

Orpheo oCCInIt

Orpheus Evridicen parco revocabat ab orco,
Id ſeû Alter agis reſtituendo Crocum.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	20	30	40	50	60	70
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	L	M	N	O	P	Q

80	90	100	200	300	400	500
R	S	T	V.	X	Y	Z.

O	50	E	5	p	60	c	3	
r	80	u	200	a	1	a	1	
p	60	r	80	r	80	b	2	
h	8	i	9	c	3	a	1	
e	5	d	4	o	50	t	100	493
u	200	i	9	r	80	a	1	
s	90	c	3	e	5	b	2	355
	493.	e	5	u	200	o	50	
		n	40	o	50	r	80	529
			355.		529.	c	3	
						o	50	293
							293.	1670.

i 9	a 1	a 1	s 90	d 4	
d 4	l 20	g 7	t 100	o 50	
s 90	t 100	i 9	i 9	c 3	
e 5	e 5	s 90	t 100	r 80	308
u 200	r 80	r 80	u 200	o 50	206
308.	206.	e 5	e 5	c 3	192
		192.	n 40	u 200	544
			544.	m 30	420
				420.	1670.

Matth. Franc. Hertod Phil. & Med. D. Inclyt. Stat. March. Moraur. Med. Provinc.

In Crocologiam Excellentiſſimi Domini

HERTODI.

NOn ſecus ac ſvavi nardus delectat odore,
 Blandaque puniceis quæ natat aura roſis:
Sic liber hic jucunda Croci libamina præbens,
 Grata ſalutiferi munera floris habet.
Jactitet Ægyptus raræ ſua Balſama plantæ,
 Auſtria concertat, dum gerit illa Crocum.
Quis neget hanc fauſto poſitam ſub climate terram,
 Quæ fœcunda Croci nobile germen alit?
Quis neget Hertodum felici ſidere natum,
 Ingenii ſiquidem floribus ille ſcatet?
Dat Galenus opes, Baldi ſunt munus honores,
 Nil ultra cupiat, quisquis utrumque tenet.

Herto-

Hertodo dat opes ars, nunc Crocus addit honores;
Eſt Hertode ſatis; præmia bina capis.

Honoris ergo appoſuit

Jacobus Henricus Kielman,
Med. & Phil. Doct. Colleg.
Viennens.

IN CROCOLOGIAM CURIOSAM
Nobiliſſimi Excellentiſſimi, & Experientiſſimi
DN.
JOH. FERDINANDI HERTODI à Totenfelt/
Curioſorum ORPHEI

HAut *croceos* Terris radios Tithonia plures
Spargit, cum reduces portat in axe dies:
Fertilis haut *croceos* unquam tot fundit odores
Tmolus, & auricomis floribus arva tegit:
Majores nunquam Romæ ſparſere (*a*) theatra
Imbres, quando ruunt miſta Falerna *Croco*:
Aureus HERTODI quot fundit munera Partus,
Charta hæc purpureis aurea tincta *Crocis*.
Commoda quanta, refert, quæ præſtent *ſtamina Cnici*!
Quam variis morbis ſit Panacéa *Crocus*!

Quis

Quis poſthac Morbos timeat morteſq; ? repertus
Te Duce, qui firmus ſit *(b) Lacheſis Dominus*.

Ita affectum declaraturus Dn. Collegæ amantiſſimo properante calamo acclamat è Vratislav. Siles.

Philippus Jacobus Sachs à Lewenheimb, Ph. & M. D. S. R. Imp. Acad. Nat. Cur. p. t. Adjunctus.

(a) In Amphitheatris Luxurioſos Romanos Spectatores vino aſperſiſſe Croco diluto docet Martial. l. Spectacul. ep. 3. & 8. Lib. III. Ep. 64. L. V. ep. 26. L. IX. ep. 39. Pl. L. XXI. Hiſt. Nat. c. 6. Senec. Ep. 90. Lipſ. de Amphith. c. 16. Brodæus in Miſcellan. l. V. c. 6.

(b) Hertodt Germanis Herr Todt *idem eſt ac Dominus mortis Latinis.*

Ad

Nobiliſſ. Excellentiſſ. ac Experientisſimum

DNUM AUTHOREM

Crocologiam æviterna cum nominis gloria edentem, amicum & Collegam ſvaviſſimum.

NAturam vireſque *Croci* ſcrutaris, & inde
Quæ Medicina ferat commoda mille, doces.
Mercurii in campis Juvenili ſanguine natus
Floſculus hic eſt (ut fabula priſca canit:)

Aſt

Aſt ſudore tuo, vigilique labore rigatus
Pullulat in lauros, atque trophæa tibi.
Quot *Crocus* Autumno flores progerminat uno,
HERTODO totidem ſecula fauſta precor!
Utque diu *Dominus Mortis* ſis, ſed tibi Serò
Longos poſt annos *Mors dominetur*, *avet*!

raptim
Viennæ è Muſæo
21. Junii. 1670.

Excell. Tuæ

Amicus addictiſſimus

Georgius Sebaſtianus Jung,
Phil. & Med. D. S. R. Imp.
Academiæ Naturæ curioſorum
Collega.

CAPUT

Caput I.

De
Croci etymologia, & ejus deſcriptione.

EA eſt antiquorum nominum proprietas, ut ſint rebus conſona, ac apertè earum ſignificativa; ſpecula ſcilicet, quibus animi ſenſa aliis repræſentamus. Sic *Paulus in Epiſtol. ad Hebr.* oſtenſurus excellentiam Chriſti, inquit: *dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.* *Nomina undè originem?*

Fabricata autem nomina â variis ſunt variè: vel ab ipſo ſummo rerum ac nominum Artifice in ipſa ſtatim creatione, in qua primum hominem Adam vocavit & terræ nomen impoſuit, ut ejus nauram, ac proprietatem exprimeret, qvia ex terra creatus eſſet. Vel mediatè per Angelos, ut in nomine Joannis, qvod gratiam ſignificat. Præterâ ab hominibis aliqva ordinata ſunt: Sic ab even-

tu fortuito, Iſaac â riſu; Jacob â ſupplantando; vel præjudicio futuri eventus, ut Cain, Abel: aut ominis gratia, ut Noë, Benjamin: aut rerum præteritarum memoriâ, ut Babel, Amon: aut â coloribus, Rufi â rufo, Albini ab albo: â membrorum affectione aut ſtatura corporis, Simon â ſimis naribus, Naſica ab adunco naſo: vel ob ſingularem geneſin, Poſthumus, quia patre mortuo natus: Cæſar, quia ex utero Matris cæſus eſſet, dicti ſunt. Ita â fortuna, Felix, & Bonaventura: â virtutibus, & qvidem fraterno amore, Philadelphus: â vitiis, Brutus, qvaſi homo ſtupidus: Nabal qvod ſtultum denotat, & quia ſtultitia cum eo, ſtulti nomen ſortitus eſt. Sic Antiochus, quia promittendo liberalis eſſet, nihil autem daret, *δώσων*, latinè dabo dabonis indigitatus eſt. Phyſici, ceu qui naturalium rerum poteſtates intimè conſiderant, ſuis quoque fœtibus juxtà cujusque indolem nomina diſpenſant: apud quos ariſtolochia *ὅτι ἀρίστη ταῖς λόχαις*, quod parturientibus mirificè proſit: malva, quaſi *μαλάχη*, quia mollit alvum: raphanus *ὅτι ῥαδίως φαίνεται*, quia mox â ſatione oritur: *χαμαίδρυς*, quaſi humilis quercus, quam foliorum figura repræſentat, &c. nuncupata ſunt.

Croci nomen unde. Ita Fabulatores Poëtæ non injurioſè floris noſtri *Croci* ſpectandam venuſtatem exprimen-

primendo; nomenclaturam ſuam â Croco Puero derivarunt: qui cum Smilacem Puellam tenerrimè deperiret, amoris impatientiâ verſus eſt in florem ſui nominis: ita *Ovidius 4. Metam.*

Et Crocum in parvos verſum cum Smilace flore. Quem adoleſcentem â Mercurio in diſci ludo, illapſo in caput ejus diſco interfectum, & ex ejus ſangvine florem *Crocum* natum alii aſſerunt.

Nonnulli, *ut Iſidorus l. 17. f. m. 1254.* ab urbe Coritio, quod ibi maximè abundet, *Croci* nomen deducit, cum multæ res â locis, ubi copioſius, & quoquomodo melius proveniunt primas nominum natales ſumpſerint. Hoc confirmant pruna noſtra Brunenſia vulgò indigitata, quæ â loco Brunâ, Regia nempè Civitate Moraviæ nomen ſibi vendicant, & â Germanis die brünner Pflaumen appellantur. Hæc laquearibus appenſa, ut nonnihil aqueâ humiditate evanitâ corrugentur, aëri exponuntur, palato gratiſſima, & ad laxandam alvum aptiſſima, maximè ſi primis adhibeantur menſibus, ubi etiam mannam & caſſiam longè ſuperant.

Alii *Crocum* â *κρόκη*, quod filum ſignat, nomen ſuſcepiſſe affirmant: cum ſtamina ejusdem fila repræſentent.

Grammatici dictum Crocum volunt, quod floreat Συκρύει hyberno tempore.

Licet autem *Croci* vocabulum pluribus diverſis rebus commune ſit: vitello ovorum, ſeu luteo ovi: croco ♂tis: croco metallorum: ſtaminibus luteis liliorum alb.& luteorum enico: radici cuidam Indicæ, de qua *Nürenberg. c. 49. f. 315.*

Crocus quid? Nos hîc in præſenti intelligimus plantulam, quæ conſtat quinque aut octo foliis, palmum, aut etiam dodrantem longis, admodum anguſtis, gramineis, candicante nervo per medium ſeſe in longitudinem extendente inſignitis, inter quæ caulis oritur brevis, ſuſtinens florem unicum, colchici flori ſimilem, in cujus medio viſuntur ſtamina terna aut quaterna flammei ruboris valde odorata, floream impotenter amantium fabulam repræſenrantia: his adeſt bulbulus multiplicis magnitudinis, dulcis, rotundus, carnoſus vivax, intus albus, extra ſpadiceus, ſeu ſubniger capillari involucro conditus. Dicitur autem latinè *Crocus, Crocum:* Magis ſangvis Herculis, ob ſaturatum, quo turgent *Croci* ſtamina ruborem: ita *Dioſcorid. l. 1. c. 25. Virgilius l. 4. Georg.*

Et glaucas ſalices, caſiamq; Crocumq; rubentem.

Græcis κρόκος, κρόκον: undè κρόκωτος, croceus,

croceus, & crocata veſtis rotunda fimbriata, ditioribus Matronis in uſu: Κροκωτὸς, crocotula: Κροκωτόφορος, qui crocato veſtitur. *Vide direct. literale Joan. Altenſtaig. f. m. 54.*

Aliquibus caſtor, cynomorphus, creſta, craſtus, Heraclion, Xenaticus, oricum, jamtaram, &c. Germanis gerechter Saffran/ Orthſaffran/ Zammerſaffran/ nobis Landſaffran/ & per excellentiam Zimmetſaffran. Belgis Safraen Boëmis Sſaffran/ Jsfran. Polonis Szafran. Gallis Safran. Italis Zaffarano, croco. Hiſpanis AZafra, Safra, Azafraon. Arabibus, & Mauritanis Sahafaran. Hebræis Karkon teſte Levita. Turcis Zafran.

CAPUT II.

De Differentiis, & ſpeciebus Croci.

EXplicato *Croci* nomine, ejusqve traditâ deſcriptione, ad differentias ejusdem accedimus. Eſt autem differentia, quâ ſpecies abundant â genere: ita *Ariſtoteles lib. prædicament.*

Differentiæ Croci. Et deſumitur primò ab indole: undè alius verus, alius ſpurius, ſeu Sylveſtris dicitur.

Secundò â tempore: quo hic vernus, ille autumnalis vocatur.

Tertiò â colore: ubi unus cæruleus, alter albus, flavus, tertius variegatus conſpicitur.

Quartò â flore: qvando iſte pleniflorus, ille biflorus, vel flore ſimplici, eoque minore, vel majore donatur.

Quintò â foliis: alius latifolius, alius tenuifolius depræhenditur.

Crocus verus duas tantum ſub ſe complectitur ſpecies: unam floris purpuraſcentis, aliam coloris candidi, ſed rariſſimam. Sylveſtris autem, ſeu potius ſpurius plurimas ſub ſe comprehendit ſpecies. Et dividitur in autumnalem, & vernum: & hic iterum in latifolium, & tenuifolium.

Autumnalis

Primus flore dilutius purpuraſcens viſitur.

Secundus flore violaceo.

Tertius qui Conſtantinopolitanus dicitur, flore albo, qui poſteà aliquantum purpuraſcit.

Quartus Pyrenæus flore obſcuro violaceo majore exultat.

Quintus biflorus, qui â vulgari autumnali nil

nil differt, niſi quod bis floreat: Germanis Saffran der zweymahl in Jahr blühet. *Hort. Eyſtettens. ord.tert.plantar.autumnal.f.5.*

Vernus latifolius

Sequentes fovet ſpecies

1. Eſt Crocus latifolius ſeu floribus albis ex toto: quem ita deſcribit *Cluſius:* Latifolii *Croci* prima ſpecies terna, & quaterna interdum habet folia, latiuſcula, & brevia, duabus albis venis per eorum longitudinem ſubtus excurrentibus prædita, inter quæ prodit è membrana flos, brevi pediculo nitens, ſex foliis albis conſtans, imâ parte cum pediculo purpuraſcentibus, & in meditullio ſtamina cum brevi trifidi ſtylo continens, radix bulbosa, candida, tenui cortice amicta, fibriſque candicantibus infimâ ſede prædita.

Hujus radix pubi illita, urinas elicit crebras atque craſſas: tumores hydropicorum diſcutit: ſpicula extrahit: abigit pediculos: colorem floridum reddit: animorum ferocitatem artubus & alit, & auget: illuvieque ſordidas veſtes colore commendat. *Joann. Baubin. Hiſt.plant.f.642.*

2. *Crocus* latifolius floribus albis ſtriatis.

3. *Crocus* latifolius flore majore purpureo.

4. *Crocus* latifolius flore magno virgato

 pur-

purpureisſtriis, qui ſtatim promit folia ex radice bulboſa aliquot nonnihil repanda, dodrantalia & longiora, culmo anguſtiora, rigidula, ſemina in cacumen deſinentia, ſulco candicante adversâ parte exarata, marginibus viridantibus, ſulco adversâ parte reſpondet porca elatior nitidi viroris, â qua devexa caniculata latera colore ferè ſunt glauco; inter hæc emergunt mox â radice pediculi palmares & latiores, teneri, infirmi, majore parte candidi, candidâ membraneâ vaginâ divoluti, ſuperiore parte albis, purpureisque ſtriis diſtincti; ſinguli florem unum ſuſtinentes fragrantis odoris, nudum ſpiculum, antequam explicetur, æmulantem, foliis conſtantem ſenis, uncialibus, acuminatis, quorum extima tria complexu ſuo, reliqua in occluſo flore occultant, colore intus albicante, foris ſtriis purpureis pallidè flaveſcentibus, & albis pulcherrimè variegata; tria verò reliqua, coloris intus, foriſque ſunt dilutioris violacei, excepto ungue ſaturatæ violæ externâ parte conſpicuo: medium obſident tres fibræ pulviſculo flavo conſperſæ aniculæ linguam imitatæ, ſtamina ambientes totidem ſaturati crocei coloris: ita *Joann. Baubin. in Hiſt. plant. f.* 643.

5. *Crocus* vernus latifolius flore albo verſico-

ſicolore *Cluſii* : flore albo cæruleis oris in latere folii *Lobelii*, qui tum ſimplex, tum duplex advertitur.

6. *Crocus* vernus latifolius flore purpureo verſicolore, quem deſcribit *Cluſius*, & *Joan. Bauhin. Hiſt. plant. univers. f.645.*

7. *Crocus* vernus latifolius flore aureo, ſeu calendulato, ſeu quem notat *Joann* Bauhi-*nus Hiſt. plant. univer. f.644.*

8. *Crocus* vernus latifolius flore pallido. *idem f. 644.*

9. *Crocus* vernus polyanthos florum multiplicium candidorum turmatim conſitorum, â cujus calicum exteriore ſuperficie, ſurſum ducuntur lineæ purpuro-cæruleæ; Germanis weiſſer mit vielen Blumen tragender geſtreimbter frühlings Saffran. *Hort. Eyſtettenſis icon. plant. hyem. ord. 1. f.3.*

10. *Crocus* vernus polyanthos latifolius floribus purpuro-violaceis panditur, in quorum baſibus radiatim aſcendunt lineæ candidæ ad oras uſque exporrectæ, radicibus creſcit atro-cinereis, bulboſis; Germanis Veilbraun geſtreimbter frühlings Saffran *ex eodem Horto Euſtettens. icon plant. hyem. ord. 1. fol. 3. Cluſius l. 2. f. 203. Lobelius obſervat. f. 68. Adverſar. 53. Lugdun. f. 1534.*

11. *Crocus* vernus præcox florum colore aureo interius, externè ex purpura nigri-

cantibus ſtriis, radice ut aliorum crocorum genera bulbacea, oblonga: Germanis goldgelber geſtrimbter frühlings Saffran. *Hort. Eyſtet. icon. plant. hyem. ord. 1. f. 2. Tabernæmont. l. 2. f. 334. Dodonuus f. 214. Cluſius l. 2. f. 206. Lobel. obſervat. f. 46. Adverſar. part. 2. f. 497.*

12. *Crocus* vernus polyanthos foliis latioribus ex bulbo luteo cinereo depreſſis, vaginatim in florum colore fulvo ceraceo, multiplicum coronâ totus recta exſurgit turmatim: Germanis gelber frühlings Saffran mit vielen Blumen. *Ex ſæpe citato Horto Eyſtettens. icon. plant. hyem. ord. 1. f. 2. Lobel. adverſar. f. 497.*

Crocus vernus tenui folius ſub quo militat:

1. *Crocus* vernus tenuifolius flore albo magno. Germanicè frühlings Saffran mit groſſer weiſſer Blum.

2. *Crocus* vernus tenuifolius flore albo parvo: Germanicè frühlings Saffran mit kleiner Blum. *Hort. Eyſtett. ord. 2. f. 3. Dodon. fol. 215.*

3. *Crocus* vernus tenuifolius alpinus Sylveſtris foliorum ſeptenorum, octenorumq;, florum viola-purpureorum: Germanicè Purpurbraun frühlings Saffran. *Hortus Eyſtett.*

Eyſtett. ord. 2. f. 3. Tabernæmont. l.4. f.334. Lobel. obſervat.68. Lugdun. f.1535.

4. *Crocus* vernus tenuifolius flore albo variegato.

5. *Crocus* vernus tenuifolius flore purpureo variegato.

6. *Crocus* vernus tenuifolius flore flavo.

7. *Crocus* vernus tenuifolius flore variegato.

8. *Crocus* vernus tenuifolius Hiſpanicus flore cæruleo violaceo, quem deſcribit *Cluſius, & Joan. Bauhin. Hiſt. plant. univers. f. 644.*

9. *Crocus* vernus tenuifolius flore violaceo Hiſpanicus minor. *idem Cluſius & Joann. Bauhin. Hiſt. plant. univers. f.644.*

Pro coronide, licet ob aculeos, quibus armatus eſt *Crocus Saracenicus*, eundem inter carduos referat *Excell. D. D. Georg. Chriſtophor. Petri Achilles noſter in Aſylo Languent. c. 3. f. 45.* tamen ob croceum quem poſſidet florem, nos inter *Crocos* jure merito referimus: undè Græcis *κρόκος*, aliis Crocus campeſtris dicitur. Caulis huic adeſt virore ſubalbicans, teres, retuſus, quandoque ſupra cubitalem proceritatem aſſurgens, â media parte in ramos diremptus, quos ſimul atque illum alternatim folia arctè ambiunt, viridia, dura, in mucronem finientia, & in-

noxio-

nõxiorum aculeorum ambitu munita, ramorum cacumina è ſquammis ſibi invicem imbricum inſtar impoſitis coagminata, & turbinata capita obſident, quæ ſuperius croceos ſtamineos flores ad rubrum inclinantes expandunt: ſemen (quod aliàs in alimentum pſittacorum cedens, ſemen pſittacorum vocant) ſubeſt albidum, anguloſum, chryſantemi peruviani ſemine duplo minus, forinſecus cortice duriùsculo, intus albâ pulpâ purgatrice repletum: radix fibris diſpergitur annua & ſemper vacua: Germanis wilter Saffran. *Ita Hort. Eyſtett. plant. æſtival. ord. 11. f. 3. Camerar. Epithom. f. 99. Dodon. f. 358. Lobel. obſerv. 488. Advers. f. 374. Cluſius l. 5. f. 153. Lugdun. f. 1449. Cæſalpinus l. 1. c. 46. f. 532. Tragus c. 103. l. 2. Fuchſius c. 156. Caſpar. Bauhinus f. 888. Durant. f. 191.*

Cnicus in montanis creſcens, quæ auri minerâ ſcatent, talem attrahere ſpiritum ſolarem perhibetur, qui ſtannum & argentum, ac ſi deaurata forent, tingit. *Hiebnerus Myſter. Sigill. Herb. & lapidum.* Huic addi poteſt & *Crocus campeſtris* flore cæruleo: Germanicè blau wilter Saffran. *Vid. Hort. Eyſtett. icon. plant. æſtiv. ord. 11. f. 5. Tabernæmont f. 372. l. 2. Lobel. obſervat. 488. Cluſius fol. 152. Lugdun. f. 1449. Camerar. Hort. Med. f. 35.*

Cap.

CAPUT III.

De Loco natali, & tempore, quo viret & floret.

IN Lipara reperiri terram narrat *Ariſtoteles de adm. aud. n.32.* in qua ſi quis ollam occultarit, quodcunque, illinc impoſitum fuerit, decoquitur. Idem hodiè mihi de *Croco* noſtro proferre licet: ipſum etenim cuicunque terræ impoſueris, germinare videbis, qui nec timet Syrium, nec aquilonem exhorreſcit, ubi eundem non ſolum Regiones ad meridiem ſpectantes Aphrica, Syrena, Sicilia, & Gallia, ſed & Septentrionalis plaga, Anglia, & Hibernia colunt. *Croci locus natalis.*

Matthiolus in Italia ex Aquila Veſtinorum urbe primum ſibi vendicaſſe locum ſcribit. Hunc tamen orientalis noſter (Auſtriacum puto) multis paraſangis præit: ubi nullibi vegetior, quam in Viennenſi agro teſte *Dioſcoride. l. 1. de mat. med. c. 25. f. 20.* Conſentit cum eo *Matthiolus f. 17. aliiq; botanici.*

Folia virent brumâ, Januario, & vere, interdum perennia, non tamen expectantia æſtatem. *Lobel. de ſtirp. adverſar. f. 53. Tabernæmont. l. 2. f. 334 Matthiol. l. 1. f. 18.*

Floret

Floret autumno antequam folia oſtendat: cujus flores per unum menſem, aliquando diutius durant. *Eraſm. Franc.* Oſt-und Weſt-Indiſchen Luſtgarten *f. 482. Matthiol. f. 18.*

Theophraſtus inquit: *Crocus* tam montanus, quam ſativus autumno florere incipit. Et rurſus: ſerò floret, ſeroque germinat, aut præmaturè, utro ſcilicet modo tempus acceperit.

Crocus meæ culturæ anni præteriti 1669. florere cæpit 20. Septembris, ac per integrum Septembrem & Octobrem duravit: cujus ſtamina jam exſiccata 2037. lotonem civilis ponderis penderunt,

Quam primum autem Crocus florem alit, ſtamina è medio florum ſunt avellenda, oriente, vel occidente ſole: imponendaque dum colliguntur, vel papyro, vel nitido linteamini: tum liberanda ab omni immunditie: Servanda loco ſalubri, immuni à vento, pulveribus, ſole. Lauren-berg. *apparat. plantar. lib. 1. c. 6. f. 46.*

CAPUT

CAPUT IV.

De
Cultura Croci.

COnſtantiæ, & patientiæ Symbolum *Crocus* repræſentat; Hæc plantula, etſi delicatiſſima, adverſi tamen ferax eſt, & conſtantiſſima: quam priusquam in florem ſeſe exerat conculcatam nonnihil & pedibus attritam non modo non marceſcere, ſed pulchrius etiam poſteâ renaſci, feliciusque germinare dixerunt veteres. Eligebant autem loca preſſa hominum veſtigiis juxtà fontes: â qua conſuetudine etiam loca, quæ ſaltantium pedibus pulſabantur, κρότητος vocabant. Noſtra autem â veterum cultura contrario modo ſeſe habet: ubi œconomici nihil tam inimicum eſſe credunt, quam terram *Croco* conſitam multum pedibus calcare, & eâ ratione quam maximè â beſtiarum & hominum veſtigiis præſervant. *Guernerus Rolfinc. de vegetab. in genere f.49.*

Solum eligunt, neque udum, neque compactum, neque ſtercoratum nimis; Sed leve, ſubactum, ſolis radiis verberatum: ab aquarum profluvio, inutilibus herbis & lapillis liberum: optimamque terram judicant, in qua cæpæ anteà plantatæ, jam avulſæ ſunt.

Petr.

Petr. de Creſcent. agricult. Colerus. Petr. Laurenberg. apparat. plant. l. 1. c. 6 f. 46. Eraſm. Franc. Oſt-und Weſt-Indiſchen Luſtgarten. *f. 482.* Propagatur autem *Crocus* commodiſſimè per bulbos, quibus quotannis novâ ſobole luxuriat: ex ſemine enim ejus tardior eſt proventus. Hi bulbi, poſtquam defloruerint, eximendi ſunt è terra, quod circa autumnum contingit: relinquendi per dimidium menſem, aut aliquantò diutius in conclavi nullâ terrâ involuti, procul â radiis ſolaribus, ne coquantur, ſed matureſcant plenius, quod ex foliis, ſi ſicca evadant, cognoſci poteſt. De hinc plantandi iterum per ſulcos æquales interſtitio unius palmi, poſitis ſeorſim majoribus bulbis, ſeorſim itidem minoribus, *Petrus Laurenberg. appar. plant. c. 6. f. 46.*

Propagatio Croci.

Alii colligunt cæpulas *Croci* menſe Martio, & relinquunt in autumnum usque in aëre: tum replantant, & flores ſequenti anno expectant.

Alii contrà in Aprili vel Majo, (ut legitur apud *Creſcentium*) & in acervo demittunt, ut mundentur, & maturentur ad autumnum uſque: & tunc per unam Spithamam diſtantes uno bulbo ab altero liberato in areis paſtinatis quatuor digitis ſubmergendo deplantant.

Con-

Conradus Heresbachius de re ruſt. l. 2. f. 209. tradit *Croci* bulbum ſeri in Martio.

Quibusdam locis ſeptimo, aut octavo anno transfertur in locum bene ſubactum, atq; ita degenerans vocatur.

Regionibus Rhenenſibus tertio anno evellitur, & exſiccatur usque ad autumnum: poſteà extremâ membranâ ablatâ in terram ad ſemiſſem pedis diſpoſitis ſingulis capitibus reponitur.

Cum autem in ipſo etiam voluptatis Theatro optatiſſima pax exulet, ubi mures & talpæ ob dulcedinem croceis bulbis bellum movent, ſummeque nocent, ad ejusmodi clandeſtinos hoſtes extirpandos, & trucidandos, maximè verò contra talpas ut præſtantiſſimum remedium antiquiſſimi ſcriptores hoc nobis reliquerunt. *Talpæ & mures Croco inimica.*

Contundatur veratrum album, & cynocrambes cortex, cribrentur ambo cum polenta, & ovis ex vino & lacte ſubigantur, & plures in offulas coacta ipſarum foraminibus talparum inſerantur. *Remedia ad talpas.*

Faciliori modo Græci hos cavaticos hoſtes debellabant ſuffitu, fumoque victores. Nucem, ſive aliud quodcunque pari duritie pomum utrinque perforatum enucleabant, nuclei loco paleas, cedriam, ſeu ceram, & ſulphur includebant; in eundem uſum vas *Joann. Bapt. Ferrarius Senenſis de flor. cultura l. 3. c. 3.*

 angu-

anguſtum uſurpabant, ſpiramentis exiguis, ne qua interſpirarent, præcluſis, nucem intus accenſam, ſeu quod aliud ſuffutionis inſtrumentum in aditu laxiore ſic aptabant, ut acceptum forinſecus afflatum intima penitùs in latibula diffunderet, utque oppletis tetro fumo cuniculis, talpæ protinus fugerent, vel necarentur.

Alii armatis manibus hos cunicularios hoſtes ita expediunt.

Ubi terram exaltari, & ſuſpendi cognoverint, eo ſtatim tacitis veſtigiis, ne ſtrepitu terga vertat hoſtis, accurrunt, & bipalio, aut ligonis, raſtrive parte acutâ cum ipſa terra ſubterraneum vaſtatorem effodiunt, exanimant aut cuniculum contundunt, & beſtiolam obſtupefaciunt.

Alii ollam fictilem palmos binos, aut unum & ſemis altam loco talpis obnoxio ſummatenus humo, aut paulo inferius totam infodiunt, vivam talpam in eandem ollam demittunt. Illa, ubi diuturnæ lucis intolerans neque latibulum fodere præ vaſis duritie, neque præ altitudine ac lævore ulla ex parte poteſt evadere tinnulo grunnitu calamitatem dequeſta finitimas talpas ad commiſerationem, opemque penetralibus è cavis contrahit: quæ cæcitate duce perreptantes in ludicrum decipulum alia ſupra aliam inci-

incidunt, & tragicam ſymphoniam intra ollæ caveam canere non deſinunt, quam penitùs oculos in vindicis mortis æternâ nocte præcludant. Ventoſo ſtatu maximè capiuntur, cum frequentius ſimili tempore cuniculos pariant.

Contra mures (quos in agreſtes & domeſticos diſtinguebant Ruſtici) Conſtantinus Cæſar domeſticos polentâ, ſemine ſylveſtr. cucumeris, Helleboro nigro, & colocynthide, aut certè helleboro ſolo trucidabat; eorundem cavernulas querneo cinere ſaturabat, ut nocenter aſperſos ſcabies occupet, & perimat. *Remedia ad Mures.*

Alii ferream ſcobem fermento admiſcent, quâ devoratâ pereant.

Alii interficiunt eoſdem rubi radice cum butyro, pane, & caſeo commixta.

Nonnulli latibula ſuffumigant calcantho, origano, ſem. apii, ac melanthio, vel ſeorſum hæmatite lapide, aut viridi Myricâ, atque ita eoſdem fugant.

Alii murem detractâ pelle in latibula dimittunt, & ſic reliqui timentes, ne ſibi quoque hoc eveniat, domunculæ ſuæ valedicunt. Alii domeſticos mures capiunt amurcâ ſpiſſâ, quam in æneam pelvim infundunt, atque mediis in ædibus conſtituunt, ſic omnes tum incolæ tum accolæ mures conveniunt, & adhærent.

Agreſtes mures Plinius helenio herbâ contritâ enecat: chamæleone, additâ aquâ, & oleo, eosdem contrahit, ac ſimul exanimat, niſi protinus aquam ſorbeant.

Alii auripigmento, ſive arſenico mures occidunt; Sed cum hæc venena ſint, facile mures prægustatores contactu contagioſo, & halitu cætera nobis eſculenta inficere poterunt.

Tutius ergo eſt medicamentum factum, ex vitro tuſo, aut gypſo recenti in farinam ſoluto, & cum caſeo ſubactum.

Sed præter hæc & feles probantur, ut & muſcipulæ, quæ in hunc modum formari poterunt.

Tabellis plerumque fagineis curioſè lævigatis in capſulæ, ſeu domunculæ oblongæ modum compingitur facie quadrangula. Tabellarum altera pauimenti loco ſuppoſita ternas ſuffulcit erectas in parietes, & nonnihil prominet in gradum: altera lacunaris inſtar ſuperpoſita modicè porrigitur in ſubgrundas. Oſtiolum claudit cataracta, ſivè foris pendula, quæ geminos utrinque ferreos annulos tenuiſſimis è ferro calthris inſertans brevi lino de longiuſculo vecte, ceu tollenone ſuſpenditur. Vectis hic eâ parte, quâ cataractæ adnectitur, craſſior paulatim ita gracileſcit, ut in mucronem deſinat. In

In media ſuperiore tabella defixus eminet, cuneus bifurcus, qui vectem ferreo filo trajectum ideò intercipit, ut ille ſusque deque verſatilis cataractam attollat, ac dejiciat. In eadem extrema tabella ſub extremo vectis mucrone foramen ferream lineam transmittit, transverſæ foraminis ferreæ lineolæ ad retinaculum circumvolutam, necnon ſummâ parte reduncam, imà hamatam: ut ſuperior uncus extremo vecti cataractam attollenti leviter hæreat, inferior hamus eſcam tenaciter teneat, quam ubi ſubrepens muſculus avidè ac mordicus arripit, repentè reducto ſuperiore retinaculo cataractam in ſuam dejicit ruinam: incautæque gulæ reus popinam ſibi vertit in carcerem, mox geniali, ac ludibundo carnifice, fele, ridiculum ſupplicium luiturus.

Poſticum decipulum, quò ſimplicius, eò funeſtius eſt. Unica laxior â tergo affixa tabella capaci murini capitis humili foramine in orbem feneſtratur. Satis intus inſidiis patet non ita magnum angulare ſpatium, quod in obliquum ſtatutâ muſcipulæ anterioris tabulâ relinquit. Ima foraminis ora ternis eminulis ferreis aculeis armantur. Extimus itidem ex ferro radius partim â ſumma tabella ad imam latè recurvatus affigitur: partim iisdem aculeis transverſus li-

bero ductu protenditur, cujus apex paulum ultra foramen reflexis apicibus tabellæ infixa cancellatim includitur. Funiculus ligneū cuneolum radio adnectit, quo violenter ad ſummam usque lineæ ferreæ curvaturam in nervi majorem adducto, altera cunei extremitas tenui lino alligata ſummæ tabellæ imponitur: unco ſupponitur altera ejus ſimillimo, quem in priore muſcipula deſcripſimus. Hic eitam inferius hamatus ſubdolam eſcam offert, quâ vix dum avido dente contactâ, emotáque, cuneus repente lapſus ex unco radium laxat: ille magno impetu ruens interceptum lurconis caput, & ſubjectis aculeis affigit: & ſupra quam aviditas cuperet, in felici epulo ſiſtit. *Hæc Joann. Bapt. Ferrarius Senenſis de flor. cultura l. l. c. 3. f. 267. & ſeqq. ubi ſimul baliſtarum in mures icones addit.* Urget candidum, & communitati inſerviendi ſtudium, ſingularem liquorem multiplicativum hactenus paucis cognitum ad finem hujus capitis de cultura croci apponere; in quo ſi ſemina quæcunque ad modum infrà dicendum infuſa, denuoque in umbra exſiccata, poſteaque lunâ decreſcente terræ commiſſa fuerint, mirabiles edent effectus, & quidem

Liquor Secretus ad multiplicationem fructuum &c.

Primò Semina ejusmodi vermibus ſunt expertia.

Secun-

Secundò ager præter ſolitam præparationem cum aratro, ſtercoratione nunquam opus habet.

Tertiò ager ſi de tali ſemine participet, ſingulis annis pro ſeminatione aptus habetur.

Quartò ejusmodi præparatorum ſeminum medietas pro ſeminatione ſufficit.

Quintò reddit ager fructus in duplo.

Sextò ſi particula ligneoli ad inſtar minimi digiti uſta huic liquori immergatur, eaque cujuscunque plantæ radici admoveatur, mirabiliter eandem ab omnibus inſectis præſervat.

Præparatio liquoris multiplicativi hæc eſt:

℞. Aq. fontis Menſ. 13. Moravicas, cui injice ſalis nitri nondum ad ſummum purificat. ℥iij. raſur. cornuum boum vel capræ ℥iij. fulginis camini ℥vj. ſtercor. bovis quantum una vice excernit, ſtercor. gallinar. vel columbar. Mj. ſtercor. equor. Mj. & caput unum allii: mixta hæc omnia indantur aheno ſupradictam aquam continenti, ebulliant invicem per horam unam, refrigeratus liquor per telam rariorem coletur, & ſervetur uſui.

℞. Jam vas quoddam amplum, inde illi ſemina quæcunque ſeminare intendis, æqualiter diſpoſita, ne unum alteri promi-

 neat;

neat; Idipſum vas palmo uno ſupra ita diſpoſita ſemina carbone nota, ſuperaffundendo de liquore multiplicativo eam quantitatem quæ locum ſignatum attingat: ſtent infusa vaſe pannis tecto per hor. 24. vel ſi ſemina ſint leguminum horis 36. Hinc eximantur ſemina ita præparata, & diligenter diviſa ſiccentur in umbra, ad ulteriorem uſum aſſervanda.

CAPUT V.

De electione Croci.

Qui cavet ne decipiatur, vix cavet, cum etiam cavet, etiam cum caviſſe ratus eſt, ſæpè is cautor captus eſt. *Plaut. capt.* Quod ſi unquam verum fuit, hâc ætate veriſſimum eſt, ubi fides exulat, fraus regnat. De pluribus ſileo, de *Croco* loquor, flore illo Regio, quam vario ille fuco adulterari ſolet? ubi jam lythargyro miſcetur: modò crocomagmate contuſo emtorem fallit: jam ſtaminibus carnis bubulæ ſalitæ additis decipit: hunc ut ponderoſiorē efficiant, nonnulli ſubterraneis & humectis locis abſcondunt: alii cnici floribus (quod frequentiſſimum eſt) deturpant. Innocen-

Electio Croci.

tem,

tem,& ab omni fuco alienum *Crocum* depre-hendes, qui in ædium apto loco repoſitus o-doratiſſimus in ſuo vigore perſiſtit, recens, & boni coloris, paululum candidi gerens in capreolo, oblongus, omnibus ſuis partibus conſtans, non frangilis, plenus habetur, à quo detractum eſt nihil, qui madefactus ma-num inficit, ſubacris eſt, nec ſitũ redolet, aut cariem ſentit. *Diſcorides l.1.c.25.f.1909.* Con-ſentit cum eo *Conrad. Heresbachius de re ru-ſtica l. 2. f. 209.* inquiens: *Crocus* optimus eſſe debet recens, fragranti odore, colore aureo, manus fricantis inficiens, in revolutione ob-longus, in frangendo lentus. Addit *Ruelius de ſtirp. nat. l.2. c.XI. f. 294.* optimus qui pin-guiſſimùs, & brevibus capillis, & qui manu ad os prolatâ leviter faciem, oculosq; mor-deat.

Quibus dotibus ſi deſtituatur, adultera-tum credas.

Ubi enim pulverulentus conſpicitur, ibi lythargyrum, aut crocomagma contuſum permixtum puta. Ubi ſapa addita eſt, ejus-dem ſapor dulcis prodit. Sic ſi in humectis locis aſſervatus manſerit, color illius obſcu-rus manifeſtat, ſimulq; ſitum redolet. Quod ſi verò Cnici flores, aut ſtamina ſalitæ bubu-læ addita fuerint, ſolus odor dijudicabit.

Spectandum etiam ad electionem natale *Croci* ſolum. B 5 Sic

Sic Priſci primum locum *Croco Corytio* Ciliciæ aſſignarunt: ubi etiam ſpecus Corycia viſitur, quam olim Nymphæ incoluerant, & ab eadem Corycides Nymphæ dictæ ſunt: *vid. Ovid. metam.*

Croci Corycei etiam meminit *Martialis:*

Ultima Corycio, quæ cadit aura Croco.

Secundum locum tribuerunt Lyceo, ex monte Olympo decerpto. Dein, qui ex Ægibus Actoliæ urbe affertur. Cyrenaicum, & Centuripinum ex Sicilia omnium debiliſſimum accuſarunt: ob ſucci tamen abundantiam, & coloris præſtantiam, eundem ad tingendum aptiſſimum elegerunt.

Nunc Orientalis noſter ex Hungaria, & Auſtria delatus, ut præſtantiſſimus, ita bonitate omnes alios longè à ſe relinquit. *vid. Coler. l. 6.* von Garten-Bau *c. 71. f. 223. Aloetar. Mindereri c. 4. f. 19. & alios.*

CAPUT VI.

De Viribus Croci in genere.

FUerat is mos quondam Babyloniis, dum Medicis deſtituerentur, ægros quos haberent, ad publicas plateas deportarent, atque ita cujusque indicio ſubmit-

ſubmitterent,ut ſi quis ſimili fortè morbo laboraſſet, quid profuiſſet, ediceret.

Exponitur hodiè in publico hoc Univerſitatis theatro miſer Homo: & ut inquit *Seneca Hiſpanorum ſplendor ad Marciam:* imbecillum corpus & fragile, nudum, ſuaptè natura inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam projectum, cum benè lacertos exercuit, cujuslibet feræ pabulum, cujuslibet victima: ex infirmis fluidisque contextum, & lineamentis exterioribus nitidum, frigoris, æſtus, laboris impatiens, ipſo rurſum ſitu & otio iturum in tabem. In quo à capite ad calcem usq; non niſi moribus eſt.

Hîc ad tollendos tot & diverſos defectus, & ægritudines, humanæq; vitæ metam, eheu! nimis brevem (ut non immeritò *Theophraſtus Philoſophus* moriens naturam accuſaverit, ceu quæ cervis, & cornicibus, quorum nihil intereſſet, diuturniorem, hominibus verò quorum maximè interfuiſſet, tam exiguam dediſſet) prolongandam, arcano, ſeu panacæâ opus eſſet.

Laus Croci à viribus.

Sed quis neſcit? *Crocum* ad omnia penè morborum remedia perquam ſalutarem ſemper extitiſſe? ut qui jure ſibi nomen *Regis Vegetabilium* vendicat, eodem quoque Panacæa una vegetabilis dici mereatur. Confirmat hoc ipſum *Schenkius obſerv. med. de ven,*

nen. ex plant. l. 7. f. 879. Eſt *Crocus* medicina cordialis, quæ meritò tum intus, tum extrà medicamentis adaptatis miſceri debet, nam corroborat, & lætificat.

Et diligentiſſimus ille rerum medicatarum Scrutator Dioſcorides lib. 1. cap. 25. f. 28. ut & Matthiolus l. 1. c. 16. f. 18. Crocum in ſecundo ordine calidum, & primo ſiccum ponunt: parum ac mediocriter adſtringere, quâ facultate cor & alias partes corroborare, & ſuo calore blando coquere, digerere, & ſiccando modicè, diſpoſitiones phthiſicas juvare, ac putredines corrigere produnt.

Lobelius obſervat. ſtirp. f. 68. ex *Galeno* & *Ægineta Crocum* in ſecundo gradu calidum, in primo ſiccum adſtruit, eidemque adſtringendi, & concoquendi virtutem largitur.

Apud *vetuſtiſſimum illum ſimplicium ſcriptorem Serapionem* in primo ordine calidus, & in ſecundo exſiccans eſſe definitur, tuſſientibus & pleuriticis utilis.

Imò teſtante *Camerario in ſuo Hort. Med.* adeò thoracis affectibus eſt amicus, ut ſint, qui ad ℈ß atque etiam ad ℈iß. cum moſchi gr. j. & vino optimo calidè propinando aſthmaticos juverint. *Crocus* enim eſt anima pulmonum: ut etiam ipſe *Cardanus in conſil. de reſpir. difficult.* multos, qui jam è ſpirandi difficultate intrà paucas horas morituri viderentur

derentur, eo ſolo ex orci faucib9 liberaverit.

Phthiſicis in ſummo vitæ diſcrimine, & propemodum animam agentibus tam efficax eſt remedium, ut ſpiritum reducat, & vitam aliquot diebus prolonget ℈ß, aut ad ℈j. cum paſſo, aut vino dulci ſumptus: ita ex *Dodonæo* & *Avicenna abſolutimus ille Botanicus J. Bauhinus in Hiſt. plant. Univerſ. f. 639.*

Quod ipſe *Magnificus & Excell. D.D. Paulus de Sorbaith Facult. Medicæ Viennenſis Decanus Spectabilis, & S.M. Imperatric. Eleonoræ Medicus Cubicularius* ſæpius ſe expertum eſſe teſtatur.

A Petro de Creſcentiis de Agricult. lib. 6. f. 204. Crocus calidus & ſiccus in primo gradu in ſuis qualitatibus temperatus præfigitur: etſi ab aliquibus in tertio gradu calidus eſſe aſſeratur. *Vid. Ruelium de ſtirp. nat. lib. 2. c. XI. f. 295.*

Apud *Iſaacum Judæum de diæta & herbis partic. f. 481.* ut & *Simonem Sethum Crocus* ſtomacho bonus eſt, ciborumq; concoctionem efficit, obſtructiones tollit, pituitoſa, ac lethargica vitia juvat, & ulceribus utilis eſt.

Apud *Tragum Crocus* Sangvinem purgat, veneno adverſatur, quam ob rem non immeritò adverſus peſtem uſurpatur; prætereà paralyticis membris ac induratis nervis confert.

Apud

Apud *Matthiolum c. 16. f. 18. Crocus* apoplexiâ, lethargo, aut aphoniâ correptis mixtus cum aceto acerrimo & caſtoreo, in quo intincta ſit penna, eaque naribus indita, ex gravi ſopore excitat.

Secundum *Clariſſ. Guerner. Rolfincium method. med. ſpec. l. 2. ſ. 1. c. 5.* emollit, maturat, urinam cit, gratum colorem conciliat, & pluribus aliis virtutibus excellit.

Secundum *Sennertum in epit. Phyſ. lib. 6. de hiſt. plant. c. 5. claſſ. 6. f. 65.* Obſtructiones tollit ac icterum, movet menſes, urinam cit, venerem excitat, cor roborat, lætitiam gignit, ſenſusque vegetos reddit.

Diſcutit prætereà inflammationes transacto principio, veluti pectoris, veſicæ, renum, iecoris &c. maximè oculorum ex ovo illitus. Siſtit quoque eorundem fluxum cum lacte muliebri adhibitus. Medetur prætereà vulvæ ſtrangulatui, ſtomachi exulcerationibus, & auricularibus collectionibus. Additur in peſſis & cataplaſmate pro utero & ano. Eryſipelatem mitigat, concoctionem adjuvat, & ad obſomia colore jucundo tingenda plurimum expetitur. *J. Bauhin. in Hiſt. Plant. Univerſ. l. 19. f. 639.* Ad induratas mammillas ex lacte coagulato commendat *Crocum Joan. Wirbunk* in ſein Artzney-Buch *f. 222.*

Ad morſum animalium venenatorum *Laurenbergius.* Ad

Ad melancholiam, vertiginem, anguſtias, phrenitidem, memoriam corroborandam, torturam oris, ut & catarrhales fluxus ad aures, dentes, & fauces delabentes, colicam, lienis duritiem, fluxum hæmorrhoidum, ad dyſenteriam cum oleo ligni juniperi & aliis convenientibus, ad dolorem aurium cum lacte muliebri, ad exſiccanda vulnera oris cum oleo myrrhæ, ad calorem febrilem contemperandum cum oleo violarum vel ungvento alio conveniente mixtum & ſpinæ dorſi illitum, ad pruritum cum oleo roſarum & vitello ovorum, ad dolorem podagricum, iſchiadicum, chiragricum cum oleo roſarum & opio (ubi ſimul calor advertitur) ſummè deprædicat *Conradus Kunrath. Lipſienſis in medull. deſtillat. f. 337. & ſeqq.*

Anodynum ſi quod aliud *Crocus* eſt.

In fœtibus excludendis, menſibus provocandis, facilè primas obtinet: quippè qui nonnullis Medicis Obſervatoribus, ut *Amato Luſitano*, aliisque, obſervatus ſit ipſum fœtum in utero tinxiſſe, ita *Simon Paulli Quadripart. Botan. f. 52.* De cujus poſſibilitate in quæſtionibus noſtris circa finem plura.

Nimius tamen ejusdem uſus nocuus eſt: pallorem, faſtidia ciborum, hebetudinem oculorum inducit, & admirando mortalitatis

tis modo hominem ridendo interimit: adauctis ſcilicet ſpiritibus, & apertis cutis poris, ubi una cum adſcititiis ſpiritibus connati violenter exeunt, & diſperguntur: quod fit, ni fallor, à majori, quam decebat, cordis dilatatione: delectatur enim cor *Croci* vaporibus. *Borellus in obſerv. cent. 3. f. 303,* Vel prout placet *Hæfero in ſuo Hercule Med. l. 2. de affect. thor. f. 83.* copiâ ſuâ hominem ſuffocant.

Ejusmodi obſervationes, præter *Camer. mem. c. 3. §. 44. Zacutum Luſitanum Prax. Admirand. l. 3. obſerv. 139. ex Amato Luſitano proponit Schenkius in obſerv. med. de ven. ex plant. l. 7. f. 879.*

Crocus ita promovet riſum, ut fabuloſum non ſit aliquando hominem riſu & cachinno ob nimium *Croci* eſum mori.

Vidimus nos apud Mutinam à Campo totius Hiſpaniæ celeberrimum Emporium, mercatorem quendam, qui cum plures *Croci* farcinulas, ſive involucra emeret, ut in Luſitaniam portaret, multumque de illo in ollam carnes jurulentas pro cœna continentem injiceret, poſt earum eſum, in tam vehementem riſum prorupiſſe, ut non multum abfuerit, quin riſu & cachinno tunc è vita diſcederet.

Ex *Croci* nimio odore & uſu in morbos,

&

& temulentiam quosdam incidiſſe retulit ſæpius *Excell. D. D. Joannes Michaelis.* Vaporem *Croceum* mortiferum extitiſſe refert *Borellus obſerv. cent. 3. f. 303.* de quodam famulo Mercatoris, qui juxtà magnam *Croci* copiam decumbebat, & dormiebat, cùm verò nullum malum indè procedere poſſe exiſtimaret, atque in eadem officina ſemper remaneret, indè tantum dolorem capitis, tantamq; cordis debilitatem contraxit, ut vitam cum morte commutaret.

Similes Hiſtorias ſcribit *Coſtæus* multos qui *Croci* ſacculo pulvinaris inſtar uſi eſſent, oborto inſigni capitis dolore cum incredibili gravitate interiiſſe.

Ex *Croco* doſim excedente parturientibus exhibito plurimas mortuas vidit *Colerus l. 6. c. 71. f. m. 223.* von Garten-Bau. Audivit etiam *Borell. obſerv. cent. 3. f. 303.* equos mictu ſanguineo perire, dum *Croci* copiam ferunt.

CAPUT VII.

De Uſu præparationis Croci.

A Roma ſanè pretioſum *Crocus* eſt, oculus ille florum, plantarum gemma, pratorum gloria, & terræ ornamentum, qui ob

 ma-

magnas & uberes, quas in hominum com- moditatem derivat, utilitates, à nonnullis per atonomaſiam Aroma Philoſophorum dictus eſt: ad coctionem namque juvandam, partes internas corroborandas, exhilarandas, & cibos ſvavitate ſuâ, & colore delectabiles reddendos aptiſſimus ſemper extitit: utque magis culinarius, & pro aromatizandis cibis commodior evadat, ſequentes proponit deſcriptiones *Felix Platerus Pr. med. f. m. 446.*

℞ Zingib. ℥iiij.
granor. paradys. ℥ſ.
piper. ʒij. nuc. moſchat.
garyophyll. ana ℥ß.
galang. ʒij. cinam. ℥ij
Croci ʒvj. M.

Svavior ſic fieri poteſt:

℞ cinam. ℥iiij. Zingib. ℥iß.
garyophyll. ℥j. piper. ℥ß.
Croci ʒij.
M. f. pulvis.

Pulvis. In uſu Pharmaceutico variæ ex eodem reſultare poſſunt compoſitiones: ceu eſt pulvis ex ſtaminibus *Croci* arte pharmaceuticâ confectus, ad varias medicamentorum confectiones apprimè neceſſarius.

Pulvis *Croci* ſi cum ſaliva jejuni hominis diſtemperetur (cavendo ab omni alio liquore) & illiniatur pars eryſipelate affecta, ubi dolor & rubor eſt, mira præſtat, ſubſequente

te ſuffumigio infrà notato. Aqua è floribus *Croci* ſine, vel cum ſtaminibus deſtillata ad arcendas vigilias aptiſſima eſt. Confer *Matthiol. l.1.c.16.f.18.* doſis hujus ℥iiij. *Aqua.*

Spiritus *Crocatus* hic eſto: *Spiritus.*

℞ ſtamina *Croci* q. v.

Affunde inciſis ſpir. vini rectificat. Macerentur aliquandiu, poſteà exprimantur, expreſſionem per digeſtionem & ſubſidentiam purifica, & quod purum eſt, decanta, ſpiritū verò tincturâ imprægnatum deſtilla.

Et quamvis multi Chymici reperiantur audacter negantes nullasCroci vires in deſtillatione aſcendere, eoſdem tamē hallucinari expertus contrarium teſtor: imò non minoris efficaciæ *ſpiritum Croci* eſſe, quam ipſum *Crocum* in ſubſtantia exhibitum, eumque retinere *Croci* ſaporem,odorem,& vires. *Franc Deker in not. ad Prax.*|*Barbette f. 210.*

Quod in fundo remanet à deſtillatione liquidi9, eſſentia liquida,ſeu tinctura vocatur. *Tinctura.*

Quod ſpiſſius, extractum appellatur. *Hartmann. in Pract. Chimiatr. f.m.25. Gryling. florileg. f.273. Mylius antidot. Medico-Chym f.m.70. Malach. Geiger in microcoſm. Hypochondr. f.39.* *Extractū.*

Hæc nobilis *Croci* eſſentia, ſeu extractum, ſingulari ſuâ proprietate cor eximiè corroborat, ſomnum conciliat, tuſſim ſedat, in pleuritide, cardialgia, melancholia, ictero,

 eryſi-

eryſipelate, menſtruorum retentione, dolore colico, & iliaco ſummum eſt ſanandi remedium, inſuper venerem ſtimulat, & triſtitiam mirè ſubducit. Doſis à gr.j.ad gr.vj. in vehiculis appropriatis. *Daniel Angelus in catalogo Medicament. ſpagyric.S.6.f.70.*

Alii *Croci* eſſentiam cum aqua vitis extrahunt, & ſummam Medicinam in melancholia, ubi quis ad deſperationem usque deveniret, deprædicant. *Crollius & Frider. Hoffmannus in method. med.f.290.*

Alii cum aqua ſimplici, roſarum, aut naphæ *Croci* elaborant extractionem, & mucaginem quæ ejusmodi infuſioni commixta manet, eamque temporis progreſſu rancidam reddere poteſt, ovi albumine clarificant, & ad mellis conſiſtentiam inſpiſſant. Et hanc ipſi eſſentiæ Croci cum ſpiritu vini factæ præferendam judicat *Angelus Sala de eſſent. vegetab.ſect. 2.c. 6.f. 20.*

Alium eſſentiæ, ſeu extracti *Croci* conficiendi modum proponit *Zwelferus in Pharm. Reg.f. 232. Croci* vires plenè referentem, & :

℞ *Croci Auſtriac.* ℥iij.

Huic alembico vitreo immiſſo ſuperfunde: ſpir. vini rectif. atque duabus vicibus à rec. flor. lil. convall. ſ. q. abſtracti, aq. flor. aurant. per B. non vaporoſum ſtillat. ana ℔j. factâ maceratione diebus aliquot in leni calore

lore evocetur deſtillando in B. M. vel vaporoſo totus affuſus ſpiritus & aqua: quâ ſervatâ, intereà *Crocus* in fundo alembici relictus extrahatur c. ſ. q. Spir. vini repetitis vicibus affuſi, usque dum omnis *tinctura Croci* extracta ſit. Extractiones poſt, ſeu tincti ſpiritus omnes filtrati in alembico vitreo per M. B. abſtrahantur ad extracti conſiſtentiam. Hoc extractum nunc ſolvatur cum priori aqua ſpirituoſa à Croco abſtracta, filtretur, & diligenter cuſtodiatur tanquam excellentiſſima *Croci* eſſentia in frigidis æquè ac calidis affectibus proficua.

Vel fiat extractum ſequenti modo:

℞ *ſtamin. Croci* ℥ij

Inciſis & cucurbitæ vitreæ immiſſis ſuperfunde ſpir. ceraſ. nigr. ardent. ℥j. macerentur per diem & noctem: poſteà fortiter in M. B. totus deſtilletur ſpiritus, reſiduo in alembico *Croco* affunde ſpir. vini, vel aquam cordialem, & repetitis vicibus, quousque ſpiritus vel aqua tingatur, extrahatur eſſentia, quæ filtrata in leni B. calore ad conſiſtentiam ſyrupi liquidioris abſtrahatur, reſiduum in vas porcellanum, aut vitreum effuſum in diplomate evaporet amplius ad denſam extracti *Croci* conſiſtentiam, cui demum adjungatur ſpir. ceras. ſuprà abſtractus & aſſervatus, & cum *elæoſaccharo Croci* ℥ij. f. extractum juſtæ conſiſtentiæ. Doſis gr. ali-

 quot

quot in vehiculo appropriato. Præter virtutes jam ſuprà memoratas hoc in Hyſtericis & cerebri paſſionibus ſummè conducibile, reperies.

Arcanum. Arcani, ſeu quintæ eſſentiæ *Croci* conficiendi modus.

Autumnali tempore quo floret *Crocus* ℞ ſtaminum bonam quantitatem, affund. ſpir. vini alkolizat. & ab omni phlegmate vindicati ad eminentiam quatuor digitorum in phiola vitrea diligenter clauſa per menſem unum, hinc deſtilletur △ne cinerum leniſſimo ſpiritus æthereus fragrantiſſimus, donec ſtriæ ceſſent. Hunc magmati reſiduo & humenti denuò affund. in phiola optimè clauſa, & in cineribus tepidis, aut balneo tepido per 4. vel 5. dies digere, iterumque deſtilla ut ſupra dictum, donec ſtriæ ceſſent: cavendo, ne ad eam ſiccitatem deſtilletur, ut *Crocus* comburatur, & empyreuma redoleat, & ſi quid phlegmatis adſcenderit, abjice, reaffundendo iterum prædictum ſpiritum deſtillatum, qui denuò poſt duarum digeſtionem deſtilletur ſine phlegmate, & hujus affuſio, digeſtio, & deſtillatio quartâ vice iteretur, & ſic cum ſpiritu æthereo aſcendet

Sal Croci volat. *Sal Croci volatile*, quæ juncta, beneque clauſa ſerventur. Jam ℞ bonam quantitatem *Croci Auſtriaci* in umbra, vel leni calore ſiccati,

cati, imponendo vaſi terreo aut cupreo ad deſcenſum proprio, & ſ. a. ultimo igne violentiſſimo donec comburatur, deſtilla ℴ℗, quod aquæ fœtidæ, & empyreuma redolenti junctum per infundibulum ſeparabis, & amplius cum pauco vitriolo ad rubedinem calcinato per retortam ter aut quater mutato in ſingulis rectificationibus vitriolo purificabis, donec empyreuma depoſuerit oleum, quod novis & recent. *Croci* ſtaminibus affunde, poſtquam per dies aliquot inſolata ſteterint, exprimatur, novisque ſtaminibus affundatur, inſoletur, & exprimatur, & hoc ter vel quater reitera, donec ℴ℗ fragrantiſſimum *Croci* odorem nanciſcatur, id ipſum poſteà cum ſpiritu æthereo ſale *Croci* volatili imprægnato connecte, ultimoq; ſal fixum ex cineribus poſt olei deſtillationem relictis (quod in pauca quantitate accipitur) poſt multoties reiteratas ſolutiones, calcinationes, filtrationes, & evaporationes ab omnibus recrementis liberum, candidum, & purum, adde, & aliquandiu circulando in phiolis optimè clauſis fiat Arcanum, ſeu quinta eſſentia *Croci*. *Sal fixum*

Homunculum vegetabilem ex Croco ſequentem proponit *Joan. Tilemannus in append. de mat. med. f. 300.* *Homunculus vegetabilis.*

℞. *Croci opt.* ℥viij.

Impone cucurbitæ vitreæ minutim conciſum, affunde ſerum lactis filtratum, vel ſpiritum proprium, vel ſuccum limonum deſtillat. ad eminentiam 2. vel 3. digitorum, digere per 12. dies & noctes, aut ultra, Tincturas miſce, ex reliquiis ſal extrahe, junge cum Tinctura in clauſa phiola, coagula in pulverem, vel non. doſis ad ℈ß.

Multas prætereà *Crocus* compoſitiones nobilitat, adeò ut paucas Mynſichtianas & Zwelferianas invenias, quibus ſeſe non immiſceat.

Præprimis expetitur ad elixir proprietatis Paracelſi, cuique notiſſimum, quod Author ex *Croco*, myrrha, atque aloë, additis Spir. vini & ♀ris præparat, ac ad omnes morbos tam calidos, quam frigidos extollit: confortat hoc ſenſus externos & internos, corroborat ſtomachum & inteſtina: medetur capitis affectibus & catarrhis, ſubvenit hecticis, & corpus exhilarat.

Hunc erroris in præparatione notat Helmontius, quod ſcilicet hoc medicamen per modum arboris vitæ non confeciſſet, quo modo ſpem vitæ longæ, & renovationes, repueraſcentiam promittere potuiſſet.

Ipſe verò dat arcanam ejus præparationem ſequenti modo.

℞. Aloës lucid. myrrh. opt.
Croci opt. ana ℥j.

Si enim plus ſumpſeris, fruſtra factum reperies, duo priora terantur accuratè, *Crocus* verò, quia non teritur, niſi exſiccatus, potius conglobatur tundendo. Ponantur in vitro capaciſſimo, & forti, ſigilleturque liquato collo vitri. Et deſtilletur moderato calore, ne vas diſſiliat, donec videris totam offam in fundo coaluiſſe, & circulari oleum clarum cum aqua in parietibus vitri. Tum aperiatur collum vitri, & infunde ℔j. aqu. cinam. & deſtilla per arenam madidam, cui aqua bulliens ſenſim affundatur, donec non amplius è roſtro alembici quidquam ſtillet.

Et hoc medicamento tam quartanam, quam continuam ſtatim abſolvi, adeo quod, qui noctu ſumpſerat ſacroſanctum Viaticum, & olei extremam unctionem, me in prandio Convivam circa lectum habuerit. *Hæc Helmontius.*

Admodum R. R. P. P. Ord. Min. S. Franciſci de Paula in Vranau, loco altero Brunâ lapide diſſito, qui in indagandis naturæ ſecretis per ignem hactenus multum deſudarunt, ſequentem præparationem genuinam Paracelſi mentem magis attingere opinati ſunt.

℞. Menſtrui noſtri q. ſ.
myrrh. aloës hepat.
Croci ana ℥j. vel plus
in mortario bene clauso per tres menſes digerantur, filtrentur, reliquum per retortam pellatur.

Menſtruum noſtrum
fit ex vitriolo ♀ris, cujus 🜔r. extrahitur longâ digeſtione cum ſpiritu vini, digerendo, & ſæpius per retortam pellendo, uſque dum aromaticum odorem ſumat, quod poſt ſextam vicem contingere ſolet. Nos eandem hactenus cum ſpiritu ⊖lis ad uſum elaboravimus, illiusque efficaciam diverſimodè, maximè in ventriculi affectibus experti ſumus.

Encomium ſalis. Eſt enim ſal tanquam anima, ut habet *Deodat. in panth. Hyg. l. 1. c. 18.* ac balſamus naturæ, qui omnia alia virtute excellit, neceſſitate fit mirabilis, & gratâ redditur innocentiâ venerandus. Si enim virtutem ſpectes? eſt ille omnis corruptionis profligator acerrimus, ſalutaris, ac rediviva fragilitatis Medicina, fœcunditatis promotor; Cujus virtutes potius admirandæ, quam numerandæ erunt: ceu qui tot gloriatur miraculis, quot granis numeroſâ prole donatur.

Conceſſit natura illum abundantiſſimum, quippè pluribus tribuendum, & omnibus

mnibus neceſſarium. In immenſi Oceani ſinu ſuperfluum: in montibus abundantem: in fontibus largum: ubique perennem. Et neceſſum eſſet orbis machinam peſſum ire, niſi ſalis miniſterio ſolidaretur. Oſtendunt quoque flumina, quæ continuo undoſo ſimul ac impetuoſo greſſu nunc in ſolitudinibus errantia, modò in abditis latitudine immenſa penè ſpatia dimentiuntur, & in mare nixu præcipiti ruunt, non motûs gratiâ, ne turpi otio vitientur, ſed ut ſalis admixtione, in ſe ipſis corrigantur, quod immoderatâ dulcedinis licentiâ contraxerunt.

Salus profectò in ſale! Hoc ipſum teſtatur ſcriptura: hoc novit Eccleſia, quæ aquarum morbis ſalis admixione ſubvenit, & continuâ traditione ſocii ſalis virtute ad aquæ ſanctificationem progreditur. Stat igitur aquas ſalis ſocietate incorruptas ſervari, quibus cæteroquin labe infectis, aëreque vitiato terra ſordeſceret, & de ſordida in favillam redacta vili torpore denegaret fructus, alimenta ſubtraheret, & cohibitâ demum communi omnium generatione ſublunaris hæc noſtra particula ruinæ proxima interiret. Ejus innocentiam ſi ſpectes? Eam ſolam beatam reperies: dum enim ignis impiâ voracitate obvia conſumit: aër otioſâ pugnâ cuncta proſternit: aqua rapidis conatibus

tibus aliena devaſtat: terra inopinatis moti-bus ordinata funditus evertit: gemmæ ad-aptæ venenis, dolo doloribus ventrem, ca-put gemitibus faſtidiunt: aurum gratis vul-neribus mundum inficit univerſum: unica ſalis innocentia neſcit lædere, niſi volentem.

Meritò itaque cùm propter eximiam ſu-am virtutem & ſingularem neceſſitatem, tùm incontaminatam innocentiam præ o-mnibus in pretio habendus: ubi terram pe-dibus calcamus, aquam immunditiis fœdam reddimus: aërem violenter impellimus & ex-pellimus, in ignem impunè ſpuimus, ubi panis canibus projicitur non datur, vinum potentiſſima Turcarum exhorret progenies, gemmæ, aurum, & quidquid demum pau-corum inſania appreciatur, multorum ſa-pientia vilipenditur: Sola verò ſalis nobili-tas nec admittit, nec patitur opprobrium. Eſt namque ſal in terra, quod Sol in Cœlo: & ut inquit *Hermes: in ſole & ſale natura ſunt omnia.*

Sed ad *Crocum* revertamur, qui neque in elixiere uterino Crollii abeſſe voluit: ipſum quippe ad varias uteri affectiones, ſuffoca-tiones, & menſtruorum vitia corrigenda ſummè commendat Author.

Neque omiſit in elixiere ſuo ♀ris *Myn-ſichtus*, quod in affectibus thoracis, & pulmo-nis

nis mira præſtat. Pectus namque ab impuritatibus & catarrhis mundificat, tuſſim tam inveteratam quam recentem tollit, phthiſicis, melancholicis ſuprà rationem mæſtis, cardiacis, &c. in genere ſubvenit, lætitiam adfert, valet quoque ad coarctationem anhelitûs antiquam, & aſthma Chronicum: inſuper cor confortat, â putredine præſervat, vitam prolongat, & canitiem retardat. *Armament. Chym. f. 271.*

Noluit etiam *Crocum* præterire in ſuo elixiere pectorali *Joann. Michaelis illud Medicinæ Oraculum*, quod: *Elixir pectorale Michaelis.*

℞. Herb. pulmon. ital.
gnaphal. mont. marrub.
hyſſopi praſſii, rorellæ.
ſcabios. fol. tuſſilag.
ſummit. ſcabios. ana Mj.

flor. helenii ſcabioſ. ana. piij. rad. enulæ tusſilag. ariſtol. ⊙. ireos florent. ana ℥j. myrrh. rubr. el. maſtich. el. *Croci or.* ſucci glyzyrrh. ana ℥j. cinam. cardamomi el. ana ℥ß. benzoës opt. ℥iß. ſtyracis ℥ß. alypt. moſchat. ʒij. ſem. urticæ ʒiij. ſem. naſturt. ʒij. ſacchar. candi ℥iiij. irrorentur ſpir. 🜍ris, infund. ſpir. hyſſopi vel helenii f. ſ. a. elixir.

His medica-mentis ſubjungendum venit Oleum *Croci* tam coctum, inſolatum, quam deſtillatum.

Coctum

Oleum Croci coctum. Coctum deſcriptionis Meſue proponunt Auguſtani fol. 318. quod:

℞. *Croci* ℥ß.
myrrh. el. ʒij.

aceti q. ſ. ad macerationem diebus 5. cardamom. ʒiiiß. olei ℥viij. *Crocum*, & myrrham diebus 5. macera, Sexto die adde cardamomum, Septimâ die cum oleo coq. igne lento ad aceti conſumptionem. Hocce oleum nervos, ac uterum roborat, eorum dolorem ſedat, convulſioni & uteri noxis confert, durities diſſipat, necnon corpori colorem vivificum præſtat.

Aliud oleum coctū Croci ad œdematoſos pedes. Aliud *oleum Croci* ad tumores œdematoſos & hydropicos pedum, ſæpius expertum, ſequens eſt.

℞: Ol. ſcorpionum ſ. ℥ij
aq. arthemis. ſemperviv. ana ℥j.
Croci pulveri ſat. ʒß.

Coq. invicem ad aquæ conſumt. & ut oleum benè tingatur â *Croco* & imprægnetur, cavendo ne *Crocus* comburatur, ſervetur ad uſum pro inunctione pedum, maximè verò plantarum.

Oleum Croci per inſolationem.

℞. *Stamin. Croci* q. pl.

Oleum Croci per inſolationem. inde oleo amygd. d. vitro apprimè clauſo, quod ſoli exponatur, retroque adaptato ſpeculo ab illius radiis repercutientibus excoqua-

coquatur, vitando de nocte lunæ radios: elapſo triduo exprimatur diligentiſſimè, & novis ſtaminibus imprægnetur atque ut ſupra procedatur, hocque cum novis ſtaminibus tertio repetatur, & ad uſum poſteà deſtinetur ceu inſigne anodynum.

Oleum *Croci* deſtillatum, præter illud ſuprà memoratum in *Croci arcano*, ſic fieri poteſt. *Oleum Croci deſtillatum.*

℞. *Croci* q. pl.

aſperge illum aquâ vitæ, & macera, demum deſtilla igne lento, & cum aquâ vitæ omninò jam detractâ oleum deſtillare cœperit, *Crocum* è cucurbita exemptum ſacculo impone, diligenter filis obligato, & prælo ad id apto exprime, utriſque ferreis præli laminis benè calefactis; Sic expreſſum oleum deſtillare, rectificare, & circulare convenit, ut 🜕 ſincerum â craſſiore materia ſeparetur: fœces dein rurſus digeri, ſeu putrificari poſſunt cum aqua vitæ prius ſeparata, & denuò deſtillari. Et hic modus commodiſſimus, utiliſſimusque judicatur â *Ryſſio Theſaur. evonym. f. 317.*

Alii ſic procedunt:

℞. *Croci Auſtriac.* ℔j.

Exſicca, & pulveriſa mediocriter, adde ☿ri & ⊖lisana ℥ß. madefacta cum albumine ovi M. ut f. inſtar pulmenti, pone in cucurbi-

curbitam, ſuperfunde aquam tepidam, vel potius aquam mellis (quâ dicunt fieri oleum pulcherrimum inſtar ☉lis) claude bene, digere lento calore tribus diebus & noctibus, tandem aperi, & alembico deſuper lutato per arenam gradatim deſtilla, & ſic prodibit oleum rubrum. *Conrad. Kunrath in medull. deſtillator. f. 333.*

Alium olei *Croci* deſtillati conficiendi modum literis communicavit 20. Decembr. Anno 1669. Vratislaviâ ad me datis *Philipp. Jacobus Sachs à Lewenheimb Phoſphorus noſter, & Curioſorum Decus*, cujus hæc eſt deſcriptio:

℞ *Croci or.* ℔ß.

c. album. ovi f. inſtar pultis, add. ⊖ ♀ri ac ⊖ gemmæ vſt. ana ℥ß. M. in aqua ſalſa ex butyro reſoluta, das es nicht zuſammen gehe/ In B. M. digere, dein add: ſpir. vini ℥ij. deſtilla lento igne.

Virtutes hujus olei, qui ſcire deſiderat, petat ex præcedente capite.

Elæoſaccharum Croci. Ex *olei Croci* rectificat. ʒij. vel q. ſ. Sacchari alb. ℥ij. ſi oleum guttatim & ſucceſſivè infund. ut in forma pulveris ſtare poſſit f. elæoſaccharum, in affectibus pulmonum efficaciſſimum.

Ex *oleo Croci*, ſaccharo canarino albo, & amylo q. ſ. f. confectio minima ſine anima

voca-

vocata, ejuſdem virtutis, qua elæoſaccharum.

Magiſterium *Croci* arte
pharmaceuticâ ſic parari poteſt: *Magiſterium Croci.*
℞ lixivii fortis beneque clari
ex ⊖ ♀ri c. aq. pluvial.
præparat. affunde
ſtaminibus Croci in umbra ſiccat.

Et craſſiuſculè inciſ. q.pl. in vitro, ſtent in loco tepido, donec ſaturatè tinctura ſit extracta, quod lixivium probè filtratum, & adhuc calidum cum affuſione aquæ pluvialis calidæ, in qua alumen crudum diſſolutum ſit, præcipita, optimeque poſteà edulcora, & ad uſus ſerva.

Vinum Crocatum *Vinum Crocatū.*

Sequens in ictero ſecretum eſt:
℞. Vini malvat. ſextar. j.
vitell. ovor. No. 2.
Croci Auſtriac. ʒj.

M. omnia ſimul. doſis dimidia pars eundo cubitum, & altera manè ſumatur.

Acetum *Crocatum* qui deſiderat:
℞. *Croci Auſtriac.* ℥j. *Acetum Crocatū.*

Inciſ. immitt. cucurbitæ vitreæ, ſuperfund. aceti vini opt. ℔ij. ſervetur in digeſtione loco calido per diem unum vel alterum, poſteà ex B. M. deſtilla imponendo proboſcidi capitelli *Croci Auſtriaci* ʒj.

Oxymel crocatum Nobile hoc acetum ad oxymel, vel oxyſaccharum pectorale conficiendum eſt aptiſſimum, ſi eidem mellis puri anatica proportio addatur, & in vitreo vaſe per ſimplicem compoſitionem ad debitam oxymellis conſiſtentiam coquatur.

Hydromel Crocatū. Hydromel crocatum ſic elaborari poteſt.

℞. Aq. fontis ℔xxiiij. vel xxxij.
mellis ℔ij. M.

Blando calore coq. ſpumam cochleari auferendo ad tertiæ vel quartæ partis conſumptionem, donec nimirum ovum recens injectum non demergatur, ſed ſupernatet, indendo ſub finem decoctionis:

Croci in nodulo ligat. ℥ß.

Tùm transcoletur per M. H. ut craſſior fæx ſecernatur, fundatur in dolium, & in loco calido, vel retrò fornacem relinquatur per 4. vel 6. hebdomadas in fermentationis & depurationis gratiam, tandem in cellam reponatur. Hominibus pituitoſis, aſthmaticis utile.

Syrupus Crocatus. Syrupus *florum Croci* ad hydropem tàm humidum quàm ſiccum, ut etiam ad affectus lienis & eryſipelatem ſecretiſſimus.

℞. *Flor. Croci rec. ſ. ſtamin.* q. pl.

Contund. in mortario marmoreo, affundendo calidè aq. arthemis. flor. pæon. aca-

ciæ,

ciæ. meliſſ. ana q. ſ. ut aliquantum emineant ſuper flores, ſtent infuſa vaſe clauſo per hor. 48. bis quotidiè movendo, dein exprimantur relictis prioribus floribus, & reaſſumptis totidem novis ac recent. f. infuſio & colatura, quæ ſecundo & tertio repetenda, poſteà ℞. Hanc colaturam, & cum ſaccaharo clarificat. q. ſ. f. ſyrupus juſtæ conſiſtentiæ.

Qui ſyrupum hunc ad modum dexterrimi *Zwelferi* juxta *animadv. in Pharmacop. Auguſt.* præparare vellet, illi non contrariabimur.

Nos eundem, ad modum præcedentem paratum magno cum ſucceſſu ad prænominatos affectus exhibitum vidimus.

Ecclegma, ſeu looch Crocatum habet *Mynſichtus armament. Chymit. ſ. 15. f. m. 252.* ad deſtillationes calidas, acres, tenues, ac ſalſas â capite in thoracem, & aſperam arteriam delabentes, tuſſim, ſitim, ſomnum conciliandum, caloris incendium mitigandum, ſpiritus corroborandos; & calorem nativum conſervandum aptiſſimum, in acutiſſimis doloribus, maximè colico, nephritico, pleuritico, arthritico ſummè proficuum: ad ſangvinis excretionem & menſtruorum nimiam evacuationem, nec non febres ardentes, alvi profluvium, & dyſenterias ab acri & bilioſa materia ortum ducentes etiam conducibile. Doſis ʒj. ad ʒii, iij. & ℥ß. *Ecclegma Crocatũ.*

 Ele-

Electuarium Crocatum. Electuariorum de ovo ex *Croco* variæ exiſtunt deſcriptiones, adeò ut nec rudis ſit ſeplaſiarius, (ut loquitur *Renodæus l. 3. comment. f. 211.*) qui non glorietur optimam illius deſcriptionem tenere.

Illud deſcribit *Joann. Bokel. tr. de peſt. c. 21. f. 185. Swencfeld. Theriotroph. Siles. f. 273. Tabernæmont. Sennert. append. de febr. p. 640. Michael Döringius not. ad Willicb. de peſt. f. 171. & ſeqq. Plater. Prax. T. 2. f. 185. Quercet. Pharmacop. reſtit. c. 22.*

Renodæus l. 3. c. x. f. 210. ſequens habet.

℞ *Croci* ʒiß. aut ʒij.

Include cum vitello in ovi putamine alterâ tantum parte per quam eductum eſt albumen aperto, & poſteà alio putamine, aut paſta occluſo, dein aſſentur in clibano, ablatâ è teſta materiâ tenuiſſimè pulveretur: cui adde diptamn. tormentill. ana ʒij. c. c. nuc. vomicæ ana ʒj. angel. Zedoar gran. juniper. helenii ana ʒiiß. cinam. macis ana ʒiß. camphor. ʒj. theriacæ ʒiij. M. omnia contunde fortiter & adde ſyr. limon. q. ſ. f. electuarium in peſte commendatiſſimum.

Addo aliud *Electuarium Crocatum* celebre in frigidis pectoris affectibus, quod:

℞ Caſſiæ fiſtul. condit. ʒiß.
Magiſter. Croci ℈ß.
elæoſacchar. ejusdem gr. vj.

C. *Hydromel. crocato* q. ſ. f. electuarium.

Conſerva *florum Croci* paratur ex floribus minutiſſimè inciſis, addito ſaccharo albiſſ. duplici ad flores pondere, qui vaſe benè clauſo ſoli exponantur, & ſubindè agitentur. *Conſerva flor. Croci.*

Pilulas Emanuelis decantatiſſimas ingreditur *Crocus*, quæ ad memoriam corroborandam, vitales ſpiritus exhilarandos, colicam, & peſtem &c. ſunt efficaciſſimæ, quarum hæc eſt deſcriptio: *Pilulæ Crocatæ*

℞ aloës hepat. ʒj.
myrrh. rubr. gr. ij.
Croci Auſtriac. gr. j.
mithrid. Damocr. gr. ij.

C. vino generoſo f. maſſa, formentur pilulæ inſtar piperis albi. Doſis 12. 14. vel 15.

Alias pilulas pro corroboratione partium nobilium ſequentes deſcribit *Fabric. Hildanus obſervat. Chirurg. cent. 6. f. 530.*

℞ aloës ſuccoterin. puriſſ. ʒiij.
rhab. el. ℈v.
myrrh. *Croci* ana ℈iiſ.
cremor. ♀ri ʒß. confect. alkerm. ℈j.
☍ aniſi cinam. ana ℈ß.
M. f. ſ. a. maſſa C. ſ. q. extr. ſcordii.

Virtus harum pilularum varia eſt, & multiplex: nam partes principes ſingulas mirificè corroborant, ventrem leniter purgant, pituitam craſſam, ac viſcidam educunt è ca-

 pite

pite reliquisq; partibus, putredini reſiſtunt, & balſamo cuidam, quo multorum morborum inſultus eludere, atq; elidere poſſumus, jure merito comparantur.

Trochiſci Crocati. Trochiſcos de *Croco Nicolai* recenſent *Auguſtani f. 202.*

Hi lienis & hepatis obſtructiones aperiunt, flatus diſſipant, humorum putredinem arcent, ac cordi vires addunt. In aſthmate ſummum arcanum ſunt ſequentes moſchardini:

Moſchardini Crocati.

℞ *Croci* ℈j.
moſchi ʒß.

C. ſ. q. ſacchari & gummi tragacanth. in aq. decoct. rad. ireos diſſolut. f. trochiſci, ſeu moſchardini.

Rotulæ Crocatæ. Pro rotulis Crocatis:

℞ *Extr. Croci* ſ. ℈j.
ol. ſtill. ejusdem gt. v.

Sacchar. albiſſ. in decoct. rad. ireos flor. ex aq. farfaræ fact. & clarificat. diſſolut. f. c. vel ſine moſcho rotulæ.

Morſuli Crocati. Pro morſulis Crocatis:

℞ Rad. enulæ condit. ℥ß.
cort. aurant. condit. ℥ij.

Inciſ. coq. unâ atque alterâ ebullitione in aq. pectorali q. ſ. in decocto colato diſſolv. ſacchar. albiſſ. ℔ß. ac denuò coq. ad conſiſtentiam tabulati, cui remoto ab igne add.

cort.

cort. aurant. condit. & minutim inciſ. ℥ß. *arcani, ſeu quintæ eſſent. Croci* ℈j. f. c. vel ſine moſcho morſuli.

Pro Enemate:

℞ Aq. pluvialis circà ſolſtitium vernale collect. ℔j.

Enema Crocatum

Injiciatur per ſe ſola ubi alvus tantùm ſtimulanda: ubi verò in colica dolor ſimul ſedandus, aliquantiſper *Croco* tincta f. clyſter.

Vis alviduca aquæ pluvialis circa ſolſtitium vernale collectæ unde?

Sed quæres? quomodo aqua pluvialis circa ſolſtitium vernale collecta alviducam poſideat virtutem? Conjiciendum id ipſum arbitror in ☿riale ſalſum & nitroſum ab exhalatione humida conflatum, quod tunc diu ſepultum à Sole plurimum activatur, è contrà ſubſequente calidiore tempore plurimùm diſcutitur.

Crocomagma.

Unguenti Crocini, ut & Crocomagmatis variæ exiſtunt deſcriptiones, de quibus *Joh. Bauhin. in Hiſt. plant. Univerſ. f. 640. Minderer. in Aloedar. Maracoſt. f. 23. 24. & ſeqq.*

Crocomagma optimum eſt odoratum, modicè myrrham olens, grave, nigrum, ligni expers, ſubamarum, quod madefactum *Croci* colorem reddit, guſtatumque vehementer dentes ac linguam inficit, multis durans annis, quale eſt, quod à Syria defertur.

Habet ſuas virtutes ad delenda, quæ caligini oculorum obverſantur, urinam cit, ca-

leſacit, concoquit, & emollit, vires *Croci* proportione quâdantenus repræſentat, quã-doquidem plurimam *Croci* partem ſibi *Crocomagma* vendicat *Dioſcorid. de mat.med.c.2. l.1.f.33.*

Ungventum Crocatum. Poteſt & fieri ungventum in affectibus pectoris ab extra commendabile ex cæpa excavata, *Croco*, & thure repleta, invicem benè mixtis: *ex communicatione Nobiliſſ. & Excell. D. D. Sachſii à Lewenheimb.*

Aliud unguentum experientiâ celebre deſcribit *Polemannus de Myſter. ♆ris Phil. f.609.* quod dextrè præparatum magnam laudem, & utilitatem in derelictis Ægris nanciſcitur, &:

℞ mellis benè depurat. ℥iiij.

Succi è fol. plantag. major. ℥xij. 🜔li dulcis ex cupro ℥ij. Coq. lento igne donec fiat ſpiſſum, ut unguentum, tunc add.

Croci opt. trit. ℥ß.

Mox tollendo ab igne & bene miſcendo *Crocum*, ut incorporetur, f. ungventum.

Linimentũ Crocatum Nos linimentum *Crocatum* ad pedes œdematoſos & hydropicos inungendos efficax ſequens ponimus.

℞ *bulbor. Croci rec. & ſuccul. contuſor.* ℥j.

🜔 ſcorpionum f. ℥ij.

aq. arthemis. ſemperviv. ana ℥ij.

Coq.

Coq. invicem ad aquæ conſumptionem, f. linimentum.

Emplaſtrum Oxycroceum inſertum eſt Pharmacop. Auguſtanæ f. 384. quod ad oſſium fracturas, nervorum dolores, & abſceſſuum inveteratorum duritiem idoneum, emplaſticum quoque & gignendo callo habile. *Emplaſtrum Crocatum*

Hic quoque non prætereundum videtur emplaſtrum de galbano Crocatum *Mynſichti Armament. Chym. S. 34. f. m. 811.* Quod expertiſſimum & celeberrimum habet ad emolliendos & reſolvendos tumores duros, ſcirrhoſos, & ſtrumoſos, atque ad ſedandos dolores ſcapularum, pectoris, mammarum, ventriculi, hepatis, lienis, renum, ac uteri ſive à flatu, humoribus crudis, aut intemperie frigidâ excitatos.

Ingreditur quoque *oleum de Croco* Emplaſtrum de ranis à *Joann. Vigonio* deſcriptum.

Cujus uſum, præter nodos gallicos, ad capitis dolorem efficaciſſimum deprædicat *D. D. Joann. Michaelis Practicus ille quondam famigeratiſſimus.*]

Nec eſt, ut te terreat ingrediens mercurius, extrahit enim ille peccantes humiditates, ut ſæpius præfatus D. D. probavit.

Poteſt & fieri frontale ex *Croco*, & ad inſtar coronæ applicari, ad ſomnum provocandum aptiſſimum. *frontale crocatum*

Sief Crocatum. Sief de *Croco* dictum *D. Turqueti Medici Galli* tale eſt:

℞ Sarcocoll. lacte nutrit.
gummi arab. ana ʒvj.
ceruſſ. Venet. in porphyritide
cum aq. roſ. diutiſſimè trit. &
in paſtil os redact. ℥ij.
Croci, opii depurat. ana ℥ß.
camphor. ʒj.

Extrahatur tinctura Croci in ſ. q. aq. roſ. in ea diſſolve opium, atque his excipe gummata ſubtiliſſimè trita, redactis in mucilaginem omnibus, cum iis teratur in marmore ceruſſa, & ducantur ſimul ad ſiccitatem usque: pulveri adde camphoram, & etiam in ſ. q. ſem. pſyllii & cydon. extrah. C. aq. ſolani f. Sief. diſſolve in aq. refrig. ad dolores & inflammationes oculorum. Doſis ℈j. pro ℥j. aquæ.

ſuffumigigium Crocatum. Ex *Croco* fit ſuffumigium, maximè proficuum pro eryſipelate, præmiſsâ illinitione ex pulvere Croci, ſalivâ hominis jejuni diſtemperato, ſequenti modo:

℞ *Croci*
flor. papaver. rhæad.
oliban. ſuccini ana ʒij.
ſangvin. Dracon. ℥ß.
M. f. pulvis groſſus pro ſuffumigio.

Quid in podagra, & eryſipelate, præmiſſis ta-

ſis tamen præmittendis, valeat *pannus Crocatus Mynſichti*, ſi is affecto loco, prius tamen ſapone Veneto inuncto, imponatur, conſulatur ejus *Armamentarium Chymic. f. m. 525.* *Pannus Crocatus*

Et hoc de uſu præparationis *Croci*, ejusq; viribus in genere; ſupereſt ut ad magis ſpecialem illius uſum deſcendamus, quatenus is omnibus penè humani corporis affectis partibus præpollenti ſua facultate ſubvenit, exordientes à morbis cerebri.

Caput IIX.

De Morbis cerebri.

I. Cephalalgia, ſeu dolor capitis.

Sicuti tranquillum caput, quaſi vertex eſt quiſpiam montis, qui clementiorem Cæli auram, puros ſolis radios, lympidas fontium ſcaturigines &c. nactus eſt; ita è contra doloribus vexatum, aut quoquo modo perturbatum forum eſt plenum tumultu, ubi multus eſt euntium, & red-

euntium clamor, camelorum, ac aſinorum fremitus, argentariorum & ærariorum utrinque cudentium ſtrepitus. Chryſoſtom. de ment. irat. & tranquill. Eſt namque dolor capitis triſtis ſenſatio, facta â continui ſolutione in partibus membranoſis ipſius cerebri, â pituita, bile, melancholia, ſeroſitatibus, flatibus, plethora: vel ſecundum Neotericos â ſucco nervoſo depravato, quo nervi & membranæ irrigantur, acredine, ſalſedine, vel craſſitie ſuâ easdem moleſtante: vel â ſpiritu alterato & corrupto in partibus continuis ſolutis: in febribus â ſanguine efferveſcente, circulationem ſuam (quæ â capite nonnihil oblique vergit) in membranis cerebri remorante, easque diſtendente, ortum ducens.

Dolor capitis quid?

Quapropter ubi pituita, vel ſecundum Neotericos ſuccus nervoſus craſſior peccaverit, ad cauſam evacuandam, cerebrumque corroborandum, ac dolorem demulcendum ſequentes pilulæ Excell. Viro, D. Matth. Franc. Hertod. P. M. ſunt ſpecificæ & expertæ:

Pilulæ ſpecificæ.

℞. Pil. aloëphangin. Mynſ. ʒj.
M. P. cochiar. de ammon.
maracoſt. Minder.

(hæc deſcriptio duplicatè â *Croco* nobilitatur, videlicet, ubi ille pilulas aloëticas Mynſichti,

ſichti, & Marocoſtinas Mindereri ingreditur, cujus virtutes Author in *ſuo aloëtario c. 4. ſ. 30.* Sic proſequitur. Crocus humores citra motum & agitationem rectificat, & complanat, nihil quidquam inflammans, ſpiritus interim puros ac lucidos reddit, infirmos eosdem reficit, deficientes reſtituit, ablatos regenerat, â quo cordi & pectori familiaris opitulatio, maſſæ verò ſanguineæ depuratio, ac humorum æqualitas ad ſanitatis ſymmetriam plurimum faciens) ana ℈j.

extr. hellebor. nigr. cathol.
panchymagog. ana ℈ß.
Scammon. gr. vj.
Magiſter. Succini ℈j.
C. eſſent. ambræ f. pilulæ piſi minoris magnitudine: quibus in fine add:
Ol. ſuccin.
tinctur ☽næ. ana gt. iij.
M. pro 3. doſibus.

Poſt quarum uſum linimento Zechii (quod præter alia quoque *Crocus* ingreditur) frons illiniri poterit: quo ſolo capitis internos & externos dolores diuturnos vel etiam contumaciſſimos, repurgatis primis viis publicis, perſæpè ſanavit. Ejus deſcriptionem tradit *conſil. tertio.*

Vel

℞. Balſam de peru ʒiij.
extr. *Croci* ℈ß. M.

Sgr. Haubtſchmertʒ ſtillender Balſam. In dolore capitis â bile, vel ſangvine, ſecundum Neotericos verò â ſucco nervoſo depravato acri pendente, præmiſſis præmittendis, ſcilicet Venæſectione, & purgatione leniore, ab extra ſequens frontale dolorem ſedans & ſomnum concilians fronti appoſitum, laudem merebitur:

℞. Sem. papav. alb.
hyoſcyami ana ℥ß.
amygd. amar.
nucleor. perſicor. ana ʒij.

Aq. lactuc. acetos. nymph. ana ℥iij. aceti roſ. ℥j. opii ℈j. *Croci* ℈ß. M.

Vel

℞. Aq. roſ. ℥j. flor. ſambuci
fœnicul. ana ℥ß.
albumin. ovor. No. 1.
Croci ℈ß. M.

applicetur fronti & temporibus. *Horſtius de tuend. ſanit. l. 2. c. 1. f. 194.*

Præter hæc unguentum Langii alabaſtrinum cum ſucco Verbenæ & *Croco* multum proderit *Vid. Hieram picram Nobiliſſ. Præſidis noſtri f. 81.*

Alii parant unguentum ex vitello ovi recentis,

centis, & ſub cineribus cocti, admixtis *Croci ſtaminibus*, & oleo roſar. Quod temporibus cum charta cærulea applicant felici cum ſucceſſu: *ex communicatione Excell. D. D. Sebaſt. Georg. Junii Viennæ Practici Collegæ noſtri ſuaviſſimi.*

Vel

℞. Conſerv. roſ. rubr.
unguent. popul. alabaſtrin. ana ℥iij.
ol. nuc. moſchat. ʒß.
Croci ℈j. M.
& excipiatur ſtupa,

Vel

℞. flor. ſambuc. exſiccat.
nymph. roſ. rubr.
hordei mund. ana ℥ß.
ſuccin. alb. ʒiij.
Croci ℈j.
camphor. opii tebaic. ana ℈ß.
f. pulvis ſubtiliſſimus, add:
ol. nymph.
amygd. amar. ana ℈vj.
aceti ſambuc. aq. roſ. opt. ana q. ſ.

Coq. in forma cataplaſmatis: applicetur fronti ad dolores capitis cum æſtu, delirio, & vigiliis. *Angel. Sala tr. de peſte.*

Puerperæ ad curandum & præcavendum capitis dolorem frontalia intincta aquâ roſar. *Croco*, & camphora, iisque imprægnata, de-

ta, denuoque exſiccata fronti obligant. In hemicrania antiqua *Rodoricus à Fonſeca conſult. med. f. 368.* Sequens proponit, quod:

℞. Myrrh. *Croci.*
euphorb. ana gr. iij.

Contund. M. C. ovi albumine, alligetur fronti & temporibus.

Vel

℞. Scammon. ʒj.
myrrh. coſti ana ʒij.
Croci ʒj.
ſucci agreſtæ ℥iß. opii gr. iiij.

Omnia diligenter cum gutt. aliquot aceti acerr. & vini alb. & cum album. ovi f. cataplaſma. *Zaccutus Luſitanus Pharmacop. f. 85.* In inveteratis & deſperatis capitis doloribus cataplaſma *Kyperus in ſuo Colleg. M. S. S.* dictavit, quod ſemper voto reſpondet, &

℞. *Croci*, opii ana part. aq.
v. g. ʒj. contunde ſimul
in mortario, & M. adde.
vitell. ovor. aliquot v. g. No. vij.

Illa ſic commixta cum ſpiritu vini ℥j. revocentur in cataplaſmatis formam: vel quia ægrè adhæret loco vitell. ovor. ſumatur cera liquefacta & terebinthina.

II. Pa-

II.

Paralyſis.

QUam infirma ſit compago mortalis domicilii, Paralytici exemplo ſunt, quibus ſolidi artus nutant & manus communia multarum actionum inſtrumenta viribus ſuis deſtituuntur, nec ipſis pedibus, qui ad corpus firmandum obtigerant, fidere conceſſum eſt. Non aliter, ac in ædificio periculoſiſſimum eſt illud vitium, quod fundamentis inſidet. Cætera enim utcunque corrigas, hoc ruinam trahit, quo inſtanti quid eſt reliquum, niſi ut quam primum ex fatiſcenti migretur hoſpitio. *Petrarch. de ægrit. Tib. dial. XCV.* Eſt namque Paralyſis motûs & ſenſus, aut utriusque in una, aut pluribus partibus abolitio, ob denegatum ſpirituum animalium in nervos influxum â craſſis, viſcoſis, vel glacialibus, aut narcotico veneno infectis humoribus, vel vaporoſa craſſa materia nervos obſtruente, ortum ducens. *Paralyſis quid?*

Cui præmiſſis præmittendis ſequens balſamus mirabiliter ſuccurrit:

℞. Baccar. lauri, caſtor.
Croci Orient,
euphorb. ana ℨij.
Garyophyll. macis ana ℨß. maſtich.

 myrrh.

myrrh. Styrac. liquid. ana ℥vj. ſuccin. alb. gummi elemi, galbani ana ℥ß ʒß. lumbr. terr. recent. No. XXII. terebinthi. cypr. ℔ ß. ſpir. vini ℔v. deſtill. ſ. a. & f. balſamus polychreſtus.

Neque prætereundus eſt ſilentio ſingularis ille liquor, â *Meſue* inventus, ad omnes nervorum affectus, vitaliſque roboris defectiones, ubi eo ſpina dorſi, nervorumque principium illinitur, fracta, colliſa, moribundaque membra recreantur ac penè reviviſcunt, cujus hæc eſt deſcriptio:

℞. Myrrh. aloës hepat.
ſanguin. dracon. thuris.
mumiæ veræ, , opopan. bdellii
ſpicænardi, carpobalſam.
Croci, maſtich. gummi arab.
Storac. liquid. Styrac. rubr. ana ʒiiß.
moſch. ʒß. terebinth. ad pondus omnium, contrita illa, ſimulque omnia miſta vaporatorio vitreo includuntur, indeque liquor deſtillatione elicitur.

Huic liquori in deſtillatione addit Herb. paralyſeos Mij. *Joann. Stockerus in empyrica l. 1. c. 6. f. 4.*

Aliud medicamentum paralyticum, in quo *Crocus* non ultimum tenet locum, deſcribit *Philip. Grylingius Prax. Med. l. 1. f. 53.* cui docti Viri multum tribuunt.

Vel

Vel

℞. Baccar. lauri, acori,
Cupreſſ. ſtyrac. calamith. ana ℥iß.
Roſar. aloës, maſtich. myrrh. bdellii, ammoniaci, alumin. ana ʒvj. cardamom. aneth. balauſt. ſpicæ ana ʒiij. caſtor. *Croci* ana ʒij. terantur terenda; & cera, nardinoque oleo excepta formentur in emplaſtrum, admovendum colliſis partibus, unde ſolutionis origo. *Feyneus Pract. Med. de morb. capit. c. 6. fol. 159.*

Ad linguam reſolutam:

℞. nuc. moſchat. pulver. ʒj.
Pyrethri pulver. lign. Saſſafr. ana ℈j.
Croci ℈ß.

c. Oxymelit. f. pilulæ No. viij. quarum una ore aſſiduè contineatur, huc illucque ducatur. *Zecchius in conſult med. f. 720.*

Vel

℞. Sanguin. turturis ʒvj.
ſpir. lavendul. ceraſ. nigr.
primul. veris ana ℥iß.
Croci
eſſent. pyrethri c. ſpir. Saſſafr.
factæ ana ʒj. M.

Sgr. Mixtur ein halb Löffel voll darvon auff der Zungen zuhalten.

Quæri poſſet? num ſal mirabile, quod proponit *Glauberus Miracul. mund. par. 2.*

 c. de

c. de uſu ſalis & aquas quaſcunque pluviales vel deſtillatas,imò fontem ſalientis aquæ obturat, etiam vinum, & acetum, cereviſiam, mel, &c. in glaciei æmulam ſoliditatem compingit,ipſum quoque paralyſim inducere poſſit?

Secundò,an fortè *Nobiliſſ.Bilſius* beneficio ſimilis ſalis, aut verò dexterrimâ cognitione circuli ſanguinis, ejusque ab una parte in aliam propulſione canes ſine profuſione ſanguinis ſecuerit? quod cujusque judicio ponderandum relinquitur.

III.

Vertigo.

QUemadmodum aër, qui horis matutinis nebulam abſorbet præcociter, à prandio ingentem futuram pluviam denunciat. Ita vertigo, maximè ſi gravior & diuturnior ſit,apoplexiæ prodromus eſſe ſolet teſte *Galeno 2. Aphor.17. & 23.*

Vertigo quid? Eſt autem vertigo motus ſpirituum animalium inordinatus, quo omnia in gyrum verti putantur, ab impedita ob ſanguinis craſſitiem circulatione in arteriis cerebri in craſſæ meningis ductu diſſeminatis: vel ſpiritibus flatulentis ſylveſtribus cum maſſa ſanguinea in cerebrum elevatis, ortum ducens.

Ad

Ad debellandum, & radicitus evellendum hunc affectum, ſequentes pilulæ, quæ ſimul ſenſus & caput confortant, ſpecificæ ſunt:

℞. Agaric. el. ℥ij.
troch. alhandal. ʒiß.
myrob. chebul. ʒj. gummi ſerapin. rad. Hellebor. nigr præpar. ana ʒß. rad. aſari, doronici veri ana gr. xv. nuc. moſchat. cubebar. garyophyll. Xyloaloës maſtich. ana ʒß. cardamomi, *Croci*, ſpicæ ſem. majoran. rutæ, pæon. ſeſel. zingib. ana gr. xv. ſal. gemmæ, nitri ana gr. V. aloës hepat. ad pondus duplex C. benedict. laxat. f. pilulæ. doſis ℈ij. ad ʒj. in frequenti uſu ℈j.

Præterea huic affectui ſtrenuè ſuccurrit pulvis *Grylingii Croco* inſignitus, qui:

℞. Cinnabar. nativ.
corall. rubr. præp.
perlar. præp. ana ℈ij.
Croci or. ℈j
ſtercor. pavon. præpar. ʒj.
fol. auri No. vi. reduc in alkool ſuper marmor. doſis ℈ß. vel ℈j. c. aq. lil. convall. vel potius aqua cherefolii, quæ hoc in affectu, ut & omnia ex cherefolio concinnata, habentur pro ſpecifico.

IV.

Epilepſia.

TErribilia ſuper omnia ſunt terræ motus, hiatus, incendia, diluvia, fulmina: *ita Euſtr. 3. mor.* dum enim terra tremit, quis non tremiſcit? ubi contra terræ motus nullæ ſunt latebræ, nulla fuga, quis enim extra terram fugiet? Terræ hiatus conſpecti, quem non permovent? Incendiis quis non conſternitur? ubi vivi cineres cinerem flemus. Diluvii terribile nomen quis audit, & non ſtupet? Inſtans fulmen, tonitru dum cæli mæſta facies prænunciat, quis non expaveſcit? ubi Pythagoras ipſum, minarum gratiâ iis, qui ſunt in tartaro, ut timeant, fieri autumatus eſt.

Qui analogiam inter microcoſmum & macrocoſmum conſiderat, clarè videt, quemadmodum in majori mundo ex violenta percuſſione exhalationis calidæ & ſiccæ ad latera nubis fit tonitru, atque ex iisdem exhalationibus fulgur, fulmen: ad eundem planè modum in minori mundo, aëreque microcoſmi regione fieri Epilepſiam. Quæ eſt motus totius corporis, vel partis alicujus concuſſio non fixa, â ſanguine copioſiore venas & arterias replente, circulationem impediente, ac expultricem irritante: vel â lym-

Epilepſia quid?

â lympha vitiata acredine ſuâ nervos vellicante & concutiente: aut â vaporibus acribus acidis â cerebro vel inferioribus partibus ab obſtructione tartari mucilaginoſi ſalino-nitroſis particulis impraegnati in oſculis arteriæ cæliacæ, vel ductu pancreatico ſtabulantis, & ab efferveſcentia, dum ſeſe invicem tangunt, in cerebrum delatis: vel denique â lumbricis inteſtina mordentibus, & ſucceſſivè totum membranoſum & nervoſum genus in conſenſum trahentibus, ortum ducens.

Nobile ad hunc affectum ſpecificum tradidit *Quercetanus de affect. capit. c. 35.* cui *Crocus* digne additur:

℞. Cinnab. miner. ſplendent. ℥ß.
in alkool terantur ſuper marmor: add:
Magiſter. perlar.
corall. ana ℈ij.
Croci ℈j.
fol. auri (*Rolfinc. in ſpec. meth. med. l. 7. c. 5. f. 626.* ponit ceraunochrysi) gr. X.
M. f. pulvis.

Joann. Nævius ut videre eſt in *Epiſt. â Scholtzio collectis conſil. 309.* Puerulis bimis, & majoribus natu ſequentem porrigit pulverem *Croco* honeſtatum.

℞. Rad. pæon. ℥j. ſerpentar. ℥ß.
viſc. q. juſto tempore coll. ℥ß.

Croci or. ℈j.
Corall. rubr. ʒß

rad. diptamn. noſtrat. ſemin. ejusdem ana ℈j. unicornu veri ℈j. margarit. or. non perforat. ʒß. pulveriſanda pulveriſentur ſubtiliſſime M. & f. pulvis. doſis infanti quantitas unius piſi, vel 2. cum lacte nutricis: majoribus tripla quantitas c. aq. beton. flor. tiliæ, &c.

Alium pulverem epilepticum pro officinis deſcribit *Grylingius in Prax. Med. l. 1. part. 1. fol. 39. Qui nec Crocum* dedignatur.

℞. Rad. pæon. ℥iß. ireos ʒvj.
biſtort. ʒj.
Croci or. ʒß.
ſacchar. albiſſ. ℥viij. M.
ſgr. Pulver vor die ſchwere Noth.

Nobis hic pulvis ſecretus eſt:

Pulvis Secretus in Epilepſia.

℞. Fæcul. pæon.
gerſæ ſerpentar. ana gr. vij.
Magiſter. Croci gr. ij.
ol. buxi per deſcenſum deſtillat.
gt. iij.

M. pro doſi: in tinctura pæoniæ, vel illius aqua, aut ex ceraſis Sylveſtribus deſtillata exhibendus.

Reperitur & electuarium de pæonia ad epilepſiam celebre in *empyrica Stockeri f. 7.* quod *Crocus* quoque exornat.

V. Le-

V.

Lethargus.

QUi ultrà Epimenidem dormiunt, mollis, & feriatæ vitæ ſunt, & ad nulla negotia habiles: maximè verò ut inquit *Philipp. Beſold.* Segnities, ſomnus omnis lethargicus marcor, & ſqualor ex amoris contubernio eliminantur. Dormiverunt ſanè etiam multi, & obdormiverunt, & mors ſomno continuata eſt. *Seneca.*

Elucet hoc maximè in affectione lethargica: quæ eſt inexpugnabilis dormiendi neceſſitas cum febre, rerum oblivione, & ratiocinatione læſa, ob impeditum ſpirituum animalium transſitum ab humoribus craſſioribus, narcoticis, vel (ut aliis placet) ſucco nervoſo craſſiore, ortum ducens. *Lethargus quid?*

In hac affectione, ut & aliis ſoporoſis affectibus, mire commendatur *Crocus* à *Freitagio auror. Med. f. 502. & ſeqq.* Excellens eſt ſequens mixtura de tribus, quæ, præmiſſis præmittendis, ſtagnantes in capite humores excrementitios potenter evincit, & ſpiritus animales multiplicat:

Mixtura excellens contra lethargum.

℞. *Eſſent. Croci,*
caſtorei
tinctur. lunæ ana ʒj.
M.

Doſis gutt. 10. vel 12. in aq. lign. ſaſſafr. vel alia conveniente aqua.

VI.

Memoriæ læſio.

SI ſcientia perpetua comes eſt memoriæ, & pars integralis prudentiæ, quia ad eam requiritur experimentum multorum, ut habet *Philoſophus 2. metaphyſ.* Et ut Poëta vetus in ſapientiam ſcripſit:

Uſus me genuit, mater peperit memoria. Profectò ſine memoria nemo ſapiens, nemo prudens dici poterit.

Sic *Claudius Cæſar* ſtipes judicatus eſt, qui cum Meſſalinam Uxorem calcato lecti genialis fœdere in omnibus adulteriis volutam, ægro conſilio per ſpiculatorem trucidari feciſſet, poſt unam vel alteram horam cænæ accumbens, facti immemor, quid conjugi eſſet, quæſivit, quo minus ad menſam veniret. *Sueton. de vita Cæſar.*

Memoriæ læſio quid? Eſt autem memoriæ læſio rerum geſtarum, vel auditarum recordationis imminutio, vel totalis abolitio, â conformatione mala ipſius cerebri, vel ejusdem nimia humiditate, percuſſione, ſenectute, aut morbis diuturnis cerebri, philtris, medicamentis narcoticis intrò ſumptis, vel extrà incautè applicatis, vel denique craſſiore diætâ ſpiritus ani-

animales craſſos, & fuliginoſos reddentes, ortum ducens.

Commendat *Sennertus* ſequentes ad memoriam pilulas, quæ caput ſimul roborant, nec *Croco* deſtitutas voluit, & :

℞. Aloës, agaric. ana ℥ij.
ſal. gemmæ ʒ ß.

gariophyll. cinam. nuc. moſchat. macis, lign. aloës, thuris, maſtich. myrrh. el. cubebar. *Croci*, abſynth. baccar. lauri. baccar. juniper. calam. aromat. ana ʒß. pulveriſata cum vino odorifero M. & f. maſſa pilularum.

Huic quoque mirabiliter ſuccurrit aqua magnanimitatis Laurenbergii ab ipſo ſummopere laudata, cui Author *Crocum* addere non indignum judicavit. Ut & facile, & ſingulare remedium, quod deſcribit *Zaccutus Luſitanus Prax. Hiſt. f. 219. & 220.* in quo virtus *Croci* ſibi quoque gratiam comparavit.

Ab extra miris laudibus commendatur unguentum Caroli Ducis Burgundiæ, quod mille florenorum pretio emptum perpetuam rerum memoriam efficere creditur, cujus hæc eſt deſcriptio:

℞. Succi fol. meliſſ. baſilic.
flor. myricæ lil.
primul. veris.
lavendul. roriſmar.
borrag. *geniſt.* ana ℥ij.

aq. vitæ

aq. vitæ nymph. roſ. viol. ana ℥j. cubebar. cardamom. gran. paradyſ. ſandal. citrin. carpobalſam. ireos, *Croci or.* ſatur. pœon. thymi ana ℥ß. Styrac. liquid. calamith. opopanac. bdellii galban. gummi hæderæ, ladani ana ʒvj. rad. ariſtol. long. pæon. ol. terebinth. nardin. coſtini juniperi laurin. maſtich. de been, de ſpica ana ʒv. pulveriſanda pulveriſentur, & M. omnia, deſtill. per alembicum ſecundum gradus ignis, & aqua ac oleum ſeparetur. Uſus primis duobus menſibus hic eſto: nares & aurium meatus quotidiè magnitudine piſi illinantur: ſequentibus duobus menſibus tertio quoque die: aliis duobus menſibus bis in ſeptimana: dein ſingulis ſeptimanis ſemel: hinc 14. diebus ſemel ut annus compleatur: tandem ſequentibus annis ſingulis bimeſtribus ſemel.

VII.

Incubus.

An dentur ſpectra.

AD ſpectra refertur Incubus. Hæc exiſtere Epicurei riſerunt, & pro figmentis, ludibriisque habuerunt, quibus Pueri, & imperiti, atque ſimplices homines terrerentur: Inter quos & numerandi veniunt Saducæi, negantes exiſtentiam Angelorum & ſpirituum. *vid. act. Apoſt. c. 23.*

Et quamvis plurimi timidi reperiantur, qui

qui dum equum in ſtabulo nocte intempeſtâ terram pulſantem audiunt, illicò tremant & ſudent, putantes in domo neſcio quod ſpectrum per noctis ſilentia divagari. Sic ubi teredo ligneum parietem erodit, ſe ſpiritum malleolo incudem leviter ferientem audiviſſe alii narrant.

Econtra verò fortis & excelſi animi homines, ceu ſunt Scythæ gens bellicoſa (â quibus Turcæ ſuam ſumunt originem) nunquam ſpectris infeſtantur.

Nihilominùs tamen horum exiſtentiam, ubi ſubinde vim, aliquando mortem inferunt, ſequentia edocent.

Numerantur autem inter ſpectra Lares, Lemures, & Manes.

Gentiles enim *teſte Auguſtino*, aliisque Patribus, animas hominum dæmonas fieri putarunt, & â bonis meritis hos Lares, â malis verò Lemures vocarunt. Ubi vero de meritis incerti eſſent, Manes indigitarunt.

Nonius Lemures, Larvas nocturnas & terrificationes immaginum & beſtiarum nominat: & ſicut Lares boni, ita Lemures mali habiti ſunt.

Alii Lemures pro Umbris tenent. Umbras verò pro animabus mortuorum.

Manes deducunt â manè, quod eſt bonum: unde Dii Manes, quaſi boni & proſperi.

Augu-

Augures tam ſuperos, quam inferos Deos Manes dixerunt: quod per eos omnia manare putarent.

Alii Manes ſtatim ab ipſa conceptione, corporibus aſſignatos eſſe ſtatuerunt, qui ne mortua quidem corpora deſerant, conſumptisque etiam corporibus ſepulchra inhabitent. Quare ii, qui ſepulchra demoliebantur, DEos Manes violare crediti ſunt.

Hos manes alii Genios appellant, è quibus bonus & malus unus deputatus eſſet, unicuique proprius: bonus ut corroboret ſpiritum hominis ad bonum; malus, ut præſideat carni & pruritui ejusdem: pugnetque cuſtos bonus pro ſpiritu adverſus hoſtem atque carnem: Homo autem inter hos concertantes medius, & relictus in manu conſilii ſui, cui vult, victoriam præſtat.

Huc quoque pertinent Lamiæ, phantaſmata Dæmonum, quæ formoſarum Mulierum ſpecie aſſumptâ, pueros & Juvenes allectos devorarunt.

Quibus adjungitur Empuſa ſpectrum, quod infelicibus ſe ingerit, multifariam formam mutat, & plurimum meridie ſeſe oſtendit. Dicelon ad terrorem incutiendum Græcis Hæcatæa ab Hæcate Proſerpina deduxerunt, ut quæ ſimilia terriculamenta nocturna immitteret.

Neque

Neque mirum ſpectra hæc noctu ſæpius quàm interdiu apparere. Vocantur enim in ſacris Literis Principes tenebrarum, qui lucem divini verbi refugiunt.

Omitto Telchinos, homines maleficos ſcilicet afflatos ſpiritu, & furioſos. Item, Panes, Faunos, Satyros, Silenos, Onocentauros, Onoſelos, Hippotauros, Sphinges, Scillas, Harpias, Tritones, Nereides, & Syrenes.

De illis nunc loquor Dæmonibus inſultoribus, qui Ephialtæ, & Hiphialtæ, Incubi & Succubi appellantur.

E quorum numero Meluſinam fuiſſe fortè non abſurda eſt conjectura.

Sic ſcribit *Mirandola* de quodam 75. annorum, qui plus 40. annis concubuit Dæmoni in forma mulieris.

Item ſe unum noviſſe ait. qui plus 40. annis pariter Dæmoni concubuit, & illum Floram vocavit, de quo fuſius, *Cardanus*.

In pago Smirtz ſub dominio *Uratislai de Bernſtain* fæmina quædam Dæmonem Incubum paſſa, horrendum enixa eſt monſtrum: prout hic caſus juſſu Senatûs Olomucenſis in Moravia Typo publico datus eſt. *Bodinus in ſua Dæmonomia* nominat *Joannam Harvilenam* fæminam, quæ aliquoties Incubum expertà, ab eo interrogata fuit, num deſi-

deret

deret impraegnari? Quam tamen quæſtionem, an ſcilicet Dæmon ſemen humanum extra corpus ejaculatum, & aſſumptum iterum fæcundare poſſit, ne Lectorem benevolum diutius detineam, lubens prætereo, & ad Incubum iterum revertor. Quos ut & alia phanthaſmata jam ſupra recenſita ex ſemine Adami procreata fuiſſe ſcribunt Hebræi centum illis & 30. annis, quibus ab uxore abſtinuit, poſtquam Cain Fratrem interfecit.

Pro ſingulari remedio circulos ſeptem circa ſepulchrum fieri juſſerunt, ne cadaver intromittendum ſubeant, eoque ad nocendum utantur.

Plura in Veterum Medicorum libris, *Actuario*, & *Alexandro* reperientur remedia, quibus ad ſimilia ſpectra uſi ſunt.

Iſthæc Dæmonis arte evenire nunc oſtenſum eſt: id ipſum tamen etiam naturaliter crebro accidere tota quaſi confirmat Medi-
Incubus quid? corum Schola, & definiunt, quod Incubus ſit motûs, vocis, & reſpirationis interceptio ob impeditum liberum ſpirituum animalium ad nervos influxum: vel ob ventriculum cibis & potu nimium repletum, & diaphragmatis motum impedientem: aut ob chylum per ſeptum cordis & pulmonum vaſa non ſatis expeditè in ſiniſtrum cordis ventricu-

triculum, & ex hoc in totum corpus tranſientem, ortum ducens.

Legitur in codice manuſcripto Hippocratis antidotus pro territis Lemuribus, & Dæmonio occupatis, Lunaticis cum ſpuma tauri non parùm fortè profutura, quam etiam *Crocus* ſubintrat, & :

℞. Nuces cupreſſas No. 50.
caricar. ping. ſ. nucleis
paſſul. mund. ab arillis ana ℥xij.
ladani, ſtyracis opt. myrrh. aſphalti, bdellii, rad. aſphodel. rad. enulæ ana ℥vij. cardamomi ℥v. ſabinæ ℥iiij. fol. coſti, ſpicæ, roſar. baccar. juniper. ana ℥iij. Schænanth. caſ. lentiſci. ana ℥ij. *Croci* cyperi lybiſtic. ana ℥j. vini opt. & mellis q. ſ.

Nuces cupreſſi fractæ triduo macerentur in vino optimo. Coq. lento igne ad vini conſumptionem aliquam, & cola. Tum in vini ℔ij. carnes tritas ficuum diu contere vino, & additis mellis ℔xij. iterum coq. ad mellis craſſitudinem, & ſacculo excola: tum add: paſſulas & dactylorum carnem, & in mortario diu contere. Hinc ſtyracem, ladanum, terebinth. cum modico melle diu terendo in mortario M. ex quo pulveres conjunge ſedulo, & vitro repone. doſis ʒij. ʒiij.

Nos ſequentes pilulas, ubi Incubus à cauſa naturali oritur ab eodem præſervare experimento didicimus:

 ℞. A-

℞. Aloës optim. ℈ij.
theriac. Smaragdin. ℈ß.
extract. Croci gr. ij,
C. tinctur. flor. pæon. f. pilulæ No. XXI. pro doſi.

VIII.

Catarrhus.

NUtriunt plerumque Reſpublicæ, & Principes improvidè ſerpentes in ſinu, mures in pera, & ferrum porrigunt, â quo pereant.

Inter principes humani corporis partes cerebrum eſt: fovet illud perſæpe copioſos humores excrementitios, donec iidem ſolutis tandem repagulis tanquam è Pandoræ janua, aut altero equo Troiano ad producendas Iliades morborum prodeant, & Archéo irritato ferrum porrigant, quo is multifarias idæas cudere, & imperium corporis noſtri invadere poſſit. Sed quis eſt homo, qui non ſit expertus catarrhum? qui eſt humorum pituitoſorum, craſſorum, vel acrium & tenuium per foramina oſſis cribriformis, & canalium quatuor lateralium membranoſarum circa ſellam equinam in ſubjectas partes defluxio: vel ſangvinis frigidioris per pulmones circulantis ejusdem particularum viſcoſarum ſtagnatio, â quibus ſubinde fines

Catarrhus quid?

arteriæ

arteriæ aſperæ, qui pervii eſſe debent, obſtruuntur, & ſuffocatio introducitur.

Ad humoris itaque pituitoſi & viſcoſi à cerebro ad pulmones depluentis, vel in pulmonibus ſtangnantis præparationem, ſequens hypromel ſummè proficuum eſt.

℞. Herb. ſerpill. juſto tempore collect.
tuſſilag. ſalviæ
beton. hiſpidul.
ſcabioſ. ana Mj.

rad. helenii, tuſſilag. ireos florent. ana ℥j. ariſtol. ☉. ʒvj. flor. ſcabioſ. beton. helenii. ana pii. mellis opt. deſpumat. ℔j. aq. q. ſ. Coq. in fine adde. *Croci or.* ʒiß. cardamom. cubebar. ana ʒj. colaturæ add. eſſent. lign. ſaſſafras ʒiij; quæ eſt omnium catarrhorum alexipharmacum. M.

Pro inciſione materiæ viſcidæ inſignis eſt ſequens mixtura crocata, quæ:

℞. *Oxymel. Crocat. noſtri.*
Syr. de praſſio ana ʒvj. aq. hyſſop. ℥ij. fœnicul. beton. ana ℥j. *elixir. pectoral. crocat.* ʒj.
M.

Vel

℞. Ol. ſacchari Crocat. compoſ. ʒiß.
ſpec. diacreos ʒiß.
Fæcul. aronis ʒß.
M. f. eclegma.
ſig. Bruſt-öffnungs Safft.

 De-

Deſcriptio olei ſacchari Crocati compoſiti
hæc eſt.

Oleum ſacchari crocatum compoſitum.

℞. Pulver. ſacchar. albiſſ. ter cum *aceto Crocato* irrorati, totiesque exſiccati ℔ß. Huic affunde ſpir. vini ℔j. in quo per dies tres macerata ſint dactyl. ſ. nucleis, paſſular. majorum enucleat. ana ℥ß. rad. ireos flor. enulæ campan. ana ʒiij. *Croci Auſtriac.* ʒj. Incenſo vini ſpiritu â ſpeciebus prædictis diligenter colato, & deflagrato, oleo craſſo relicto add: *Spir. aſthmat. Crocati* ʒj. M.

℞. Spermat. Ceti ʒij.
Pulver. Croci ʒß.
M. f. pulvis.

ſig. Pulver gegen den Stökflus auff 4. mahl in Hyſop-waſſer oder warm Bier zugeben.

Ad roborandum caput & exſiccandam inibi materiam, vide pileolum, quem deſcribit *Phil.* Grylingius Pract. Med. l. 1. part. 2. f. 88. qui *Crocum* recipit.

In catarrho tenui & ſalſo *Sennertus ille Medicorum Germanicorum Phœnix* hos orbiculos deprædicat:

℞. Capit. papav. No. vij.
ſiliquar. ℥j. rad. glyzyrrh. ʒv.
rad. ireos ʒiß. paſſular. ʒiij. Coq. l. a. in ſ. q. a. ad tertias, in decocto colato diſſolve:
ſacchar. ℥iiij.
extr. glyzyrrh. ℈j.

Croci

Croci ℈ß.

f. l. a. orbiculi.

Clariſſ. Franc. dele böe Sylvius in catarrho tenui & acri fam liares has habet tabellas:

℞. Sem. hyoſcyami
papav. alb. ana ℥ß.
thuris alb. myrrh. rubr. ana ℈j.
Croci opt. ℈ß.

ſucci glyzyrrh inſpiſſat. ℥j. altheæ ℥iij. gum. tragacanth. in aq. roſ. ſol. ℥j. f. tabellæ in ore ſubinde detinendæ.

Ad ſuſpendendum catarrhum *Ejusdem* ſequentes ſunt pilulæ:

℞. Styrac. calamit.
ſucci glyzyrrh. oliban.
myrrh. rubr. opii thebaic. ana ℥ß.
Croci ℈j.

C. ſ. Syr. de papaver. errat. f. maſſa pilularum.

Ab extra *Joann. Crato trium Cæſarum Archiater meritiſſimus* pro inunctione pectoris tale præſcripſit linimentum:

℞. Ol. amygd. d. ℥iß.
pingued. anſeris ℥j.
Croci ℈j. M.

Scholzius in conſil. f. m. 62.

IX.

Agripnia, ſeu vigiliæ.

Vigilantiæ, atque cuſtodiæ Hieroglyphicum

cum meritò Leonis caput deſignarunt Ægyptii, ceu quod ſolum ex animalibus recurvos ungues habentibus ſimul atque natum eſt, cernat. *Pier. vol. 6. l. 32. fol. 118.*

Idipſum confirmat *Andr. Alciatus in* ſuo emblemat. XV.

Eſt Leo, ſed cuſtos, oculis quia dormit apertis,
Templorum idcircò, ponitur ante fores.

Quam dotem ut Regi animalium natura largita eſt, ita maximè Principibus convenire dixit *Homerus Græcorum Honor.* Phyſicè tamen loquendo, Vigiliæ ſi modum excedant, malum: *Hipp. aphor. 3. ſ. 2.* Tria namque ſunt, quæ corpus vehementer attenuant, ut benè *Ovidius 1. art.*

Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes,
Curaq;, & immenſo qui fit amore dolor.

Agrypnia quid? Et eſt Agrypnia ſenſûs communis, & externorum præter modum ac tempus conſtitutum ſolutiò, exercitiumque, & durans energia, â turbatis, vel inquietis ſpiritibus animalibus, ob dolorem, vel ſuavium evaporationum, aut intemperiei humidæ denegationem ortum ducens.

Hujus medela eſt *aqua Croci* ex floribus cum, vel ſine ſtaminibus deſtillata, duabus poſt cœnam horis ad ℥iiij. ſumpta. *Matthiol. l. 1. c. 16. f. m. 78.*

vel

Vel potius:

℞. Amygd. d. excort. ʒij.
ſem. 4. frig. mai. excort. ana ℈j.
C. *aq. flor. Croci* deſtillat. ℥iij.
f. l. a. emulſio, edulcoretur ſyr. de papavere pro doſi.

Si fortior Agrypnia urgeat:

℞. *Conſerv. flor. Croci* ʒij.
pulver. anodyn. confort. gr. X.
M.
ſgr. Abend-zucker auff einmahl.

Nec minoris efficaciæ ſunt ſequentes pilulæ:

℞. Boli armen. ſpicæ nardi
myrrh. thuris ana ʒß.
opii, *Croci* ana ℈ß.
C. ſyr. papav. f. pilulæ inſtar lupinorum. doſis ʒj.

Nec laude ſuâ deſtituitur pulvis ſomniferus *Danielis Angeli in ap. medicament. comp. f. 22.* deſcriptus, qui:

℞. Sem. hyoſcyami.
papav. alb.
Cort. mandragor. caſſiæ lign. ana ʒij. ſquinanth. ʒj. opii thebaic. ſpagyr. præp. ℈j macceris *Croci opt.* ana ℈j. ſacchar. candi alb. ℥ß.
M. f. pulvis. doſis ℈j. ℈ij.

Ab extra corona ex *floribus Croci* concinnata, capitique applicata vigilias arcet.

Vel admoveatur capiti hoc epithema in vigiliis â dolore capitis ortis làudatiſſimum.

℞. Amygd. dulc.
nucl. juglandium ana ℥ß.
Croci or. ℈j.
papav. alb. ʒj.
aq. roſar. *Croci* ana ℥iß. aceti vini ℥j. M. f. epithema.

Vel

℞. 🝆 nuc. moſchat. expr. ℥ij.
ſuccin. flavi ℈j.
extr. Croci gr. vj.
camphor. gr. iij.
M. f balſamus. *Guerner. Rolfinc. in conſult.*

Vel

℞. 🝆 papav. expreſſ. ʒj.
Ol. nucl. perſicor. expreſſ. ʒß.
extr. opii gr. iij. extr. *Croci* gr. v.
🝆 nuc. moſch. q. ſ. f. linimentum.

Vel

℞. 🝆 Viol. nymph.
unguent. popul. ana ʒij.
opii *Croci* ana gr. iij. M.
Quo inungantur tempora & nares.

Hocce remedio vidit *Wolffg. Gabelchoverus Patavii* uti *clariſſ. & experientiſſ. quendam* Medicum *Albertinum Bottonum*, quo & ipſe frequentiſſimè honorem conſequutus eſt. *Curat. & obſervat. Curat 5. f. 10.*

In

In extremis vigiliis ex *Barthol. Montagn.* proponit tale unguentum *Stockerus in empyrica l. 1. c. 7. f. 17.*

℞. Ol. popul. ℥j. viol. ℥ß.
hyoſcyami
Cort. mandragor. ana ℥ß.
Croci ʒß.

M. f. unguentum: quo inungantur tempora, nares, & pulſus brachiorum, ac plantæ pedum.

Ubi cum febre maligna infeſtant vigiliæ:

℞. Unguent. alabaſtrin.
populeon. ana ʒvj.
Croci in aq. ſcordii diſſolut. ℈j.

M. *Clariſſ. Thomas Bartholinus in ciſta Med. f. 491.*

X.

Phrenitis.

VUlgus non facile regitur: ejusque tanta petulantia, tantaque ferocia eſt, ut in neminem magis inſurgat, quam in illos, quorum imperio parere debet.

Non aliter inſano furore rapitur phreniticus ſine freno, ingratus, crudelis, & immodeſtus, inque Medicos & adſtantes, quorum poteſtati & obſequio committitur, non rarò indignabundè debachatur. Norint Medici ejusmodi ſortis ægros cautè & cir-

cumſpectè accedere: facta namque præterita, dant certa documenta futuris.

Phrenitis quid? Et eſt Phrenitis delirium perpetuum cum febre acuta, ab inflammatione ipſarum membranarum cerebri, ob ſanguinem calidum efferveſcentem ex arteriis majoribus in minores, ex minoribus ad minimas, & demũ poroſitates membranæ tenuis cerebrum obvallantis effuſum, ibique ex denegato per ſinus in venas exitu criſpitudines & nodos efficientem, ortum ducens. Præmiſſâ venæ ſectione, quæ apprimè neceſſaria, & iis, quæ ſtatim in principio repellant, ſequentem *Grylingius* exhibet hauſtum:

℞. Laudan. opiat. gr. iij. vel 4.
aq. bugloſſ. ℥j.
Tinctur Croci.
Borrag. ana gt. vj.
eſſent. corall. gr. ij.
lapid. 5. pret. ana gr. j.
M. f. hauſtus.

Vel ubi de narcoticis timor eſt, ne iisdem lethargus procuretur:

℞. *Aq. flor. Croci* ℥ij.
anagallid.
nymph. ana ℥j.
Sem. 4. fr. mai. ana ʒij. papav. alb. ʒiij. f. emulſio, cui add:
Syr. perlar. or. ʒiiſ.

Ol.

Ol. perlar. veri gt. vj.
M. pro una doſi.

Vel

℞. *Aq. flor. Croci* ℥ij.
Cryſtall. miner. ♄ni gr. iiij.
Miſce.

Ubi præ vigiliis jam quaſi conclamatum eſt, opiatas haſce cum *Croco* pilulas adhibet. *Zaccutus Luſitanus Prax. Hiſtor. f. 680.*

℞. Opii gr. vj. *Croci* gr. v.
caſtor. gr. ij.

C. ſucco hyoſcyam. f. pilulæ, quæ in jure repoſitæ ſæpe deglutiantur.

XI.

Mania.

SIcuti ferociſſimi Tauri funiculo etiam tenuiſſimo dextro genu alligato manſueti redduntur, probâ factâ â quodam Graculo ſub principatu Clement. VII. Romæ: ita ligato etiam ſenſu communi unico, eoque levi medicamento, quod æſtum ac furorem vehementem temperet, atque demulceat, maniaci per ſæpè miteſcunt, quieti, & tranquilli redduntur.

Eſt enim mania delirium ſine febre cum furore & audacia, â ſpirituum animalium fervida, ac quaſi ignea diſpoſitione, ob humores calidos, atrabilarios, vel philtrum, ortum ducens. *Mania quid?*

Tota

Tota curationis ſpes, cum in ſanguinis miſſione, & vigiliis determinandis ut plurimum conſiſtat, ab intro proderit *aqua florum Croci* quotidiè ad ℥ij. c. tinctur. lunæ gt. vj. vel. vij. exhibita.

Ab extra medebitur ſequens unguentum:

℞. Unguent. alabaſtrin. ℥ß.
populeon. ʒij.
Opii gr. viij.
Croci ℈ß.

℅ ſtillat. aneth. chamomill. ana gt. ij. M. f. unguentum. *Balthaſ. Timæus* von gülden Klee *l. 1. de affect. cap. f. 18.*

Caput IX.

De Morbis oculorum.

I. Ophthalmia.

Faſcinatio an detur? Faſcinationem triplici modo fieri, viſu, voce, & contactu, communis eſt ſententia: illam tamen, niſi per incantationem, ſeu veneficium contingat, pleriquе negant.

Re-

Recenſet ejusmodi veneficia *Balthaſ. Timæus*, von gülden Klee/ *caſ. med. de morb. ex incantatione f. 327. & ſeqq.* aliique Practici. Sed quid in Ophthalmia ſtatuendum, ubi Poëta canit;

Dum ſpectant oculi læſos, læduntur & ipſi,
Multaq; corporibus tranſitione nocent.

Anne & hîc concurret faſcinum? Extra dubium eſt, effluvia è corporibus emanare â ſanis ſana, â morboſis morboſa. Quis enim neſcit vetulas teneros contaminare infantulos? menſtruatas maculare ſpecula? homines peſtilentiali febre correptos per vermiculoſa effluvia alteri corpori adhærentia, eandem communicare? Contingit & hoc in Ophthalmia, ubi effluvia è oculo morboſo expirantia oculum ſanum tangunt, quæ cum diſſimilia ſint, ob contrarietatem unum alterum lædendo, inflammationem in oculo inducunt.

Eſt enim Ophthalmia inflammatio tunicæ adnatæ cum dolore, ardore, & rubore, â ſanguine fervido ſeroſiore venas & arterias adnatæ diſtendente, aut ab ictu, caſu, contuſione, vel fumo &c. ortum ducens. *Ophthalmia quid?*

In hoc affectu, præter venæſectionem, quæ utiliſſima, & â plurimis, maximè verò *Galeno de curand. rat.* ſummè decantata eſt, ceu quâ ſolâ intra horam vehementiſſimas

mas oculorum inflammationes ſuſtulit, ex *Croco* hæc medicamenta commendamus.

℞. Mucilag. ſem. pſylii, cydon.
cum aq. roſ. & papav. extr. ana ℥j.
album. ovor. conquaſſat. ℥ß.
camphor. *Croci* ana gr. vj.

M. f. collyrium in oculos inſtillandum, Sennertus.

Vel

℞. Aq. plantag. tormentill.
roſar. flor. cyani ana ℥ß.
album. ovor. No. j.
Croci, alumin. ana gr. v.

Sgr. Augenwäſſerle: eſt ſecretum *Timæi*.

Ubi dolor urget.

℞. Medull. panis opt. trit. ℥j.
pomor. dulc. trit. ℥iij.
lactis muliebr. ℥j.
ſacchari ʒij. camphor. gr. xv.
Croci gr. v.

applicetur linteis duplicatis, etiam in oculorum contuſionibus & vulneribus.

Vel

℞. Pulp. Pomor. aſſat. ℥ß.
micæ panis alb. rec. ℥iij.
Croci pulveriſat. ℈iß.
lactis muliebr. rec.
aq. roſar. ana part. æq.

M. f. cataplaſma. *Diemerbroeck*.

℞. Mica

℞. Micæ panis ſimilagin. ℥iij.
flor. chamomill.
melilot. ana pj.
pomor. putrid. ℥ij.
vitell. ovor. No. ij.
ſem. fœnugræc. ℥j.
Croci ʒß.

Coq. ex lacte vaccino in forma cataplaſmatis. *Morellus de mat. med. f. m. 504.*

Vel

℞. Aq. glyzyrrh.
lact. muliebr. rec. ana ℈ß.
Camphor. Croci ana ℈ß.

M. f. collyrium. *Mœbius in anatom. camphora c. 15. f. 71.*

In ſummo dolore collyrium citrinum dictum, ſic fit:

℞. Tutiæ uſtæ & in lacte
muliebri extinct. & lotæ ℥ß.
ceruſſæ lot. ℥j.
gummi tragacanth. ʒj.
Croci ʒij. opii ʒß. aq. pluvial. q. ſ.

Uſus illius cum ovi albumine. *Felix Platerus in Prax. Med. tom. 2. f. m. 274.*

In augmento medicamentum *Hippocratis l. 2. epid. ſect. 5.* ad fluxiones ſiſtendas uſurpari poterit.

Aquam inquit in caput ægri infundito, & medicamentum hocce oculis applicato.

℞. Thu-

℞. Thuris ping. ceruſſ.
myrrh. ana ℥iij.
tutiæ, *Croci* ana ℈ij. gr. iiij.

lavetur ceruſſa & tutia, & f. collyrium: addito pauco vino in mortario exſiccetur ad ſolem, poſtea diſſolvatur aliquid in lacte, vel ſero, & guttatim oculis indatur.

In ſtatu Ophthalmiæ, ubi humor non tam acris eſt, & lacrymæ pauciores ex oculis prolabi conſpiciuntur, adhibeantur ea, quæ ſimul modicè diſcutiunt, v. g.

℞. Sarcocoll. nutrit. in lacte aſinæ ℥j.
Aloës ſuccoter. ℈ij.
tutiæ præpar. ℥ß. *Croci* gr. v.
vel paulo plus
mucilag. ſem. pſyllii cydon.
extract. c. aq. roſar. ℥j.

M. f. collyrium; Cui cum utendum eſt, guttæ aliquot *lactis* muliebris permiſceri poſſunt. *Feuneus in Prax. Med.*

Ubi ſtatus præteriit:

℞. Sarcocoll. nutrit. ℥j
Aloës ℈j.
Croci ℈ß.
ſpicæ aut moſch. gr. v.
aq. euphrag. vel fœnicul.
vel ſambuci ana ℥ij

M. f. collyrium, adjectâ ſi lubet mucilag. fœnugræc. ℥j. Sed anteà foveantur oculi de-

cocto

coℓto fœnugræci ex aq. roſ. aut vino albo: *Feyneus Pract. Med. f. 209.*

Circa declinationis principium, ubi digerere oportet, præſtabit id pulvis citrinus ex ſarcocolla Rhazis, qui:

℞. Sarcocoll. ℥v.
aloës *Croci* ana ℥j.
myrrh. ʒß. lycii ℥j.
terantur ſubtiliſſimè in cote.

In declinatione, ubi fluxus & dolores mitescere ceperint, pro reliquiis diſcutiendis:

℞. Sarcocoll. in lacte nutrit. ʒiij.
aloës aq. fænicul. lot. ʒiß.
Croci ℈j. f. pulvis.

Ex quo cum aq. euphrag. f. collyrium ſiccum, quod in aq. fænicul. uſurpetur. *Sennertus.*

℞. Thuris, aloës ana ʒß.
Sarcocoll. lacte muliebri nutrit. ʒiß.
Croci ℈ß.
mucilag. ſem. fœnugræci ℥ß.
aq. fænicul. euphrag. ana ℥iß.
M. f. collyrium. *Riverius.*

Crocus namque ſolaris planta oculis convenientiſſima eſt, maximè ſi ex ea mediante arte chymicâ & influentiâ ſolis aqua ophthalmica paretur. *vid. myſterium ſigillor. Herbar. & lapidum Hiebneri.*

II.

Catarrhacta, ſeu ſuffuſio legitima.

Eccleſiaſt. 22. DUlce lumen & delectabile eſt oculis videre ſolem. Viſu namque carenti magna pars veri latet. Ubi ſenſus viſus multarum rerum nobis differentiam demonſtrat. Ut autem clauſis ex deſperatione creſcit audacia, & cum ſpei nihil eſt, ſumit arma formido: ita in catarrhacta, ubi de aliis mediis conclamatum eſt, ad curationem ferrum, ſeu acus arripitur.

Seneca trag.

Ariſtotel. l. 1. metaphyſ.

Catarrhacta quid? Eſt enim catarrhacta obtenebratio humoris cryſtallini â craſſis viſcoſis humoribus in oculo per congeſtionem coacervatis, & in pelliculam mediante calore transmutatis, ortum ducens.

Efficax eſt ſequens aqua:

℞. Aq. chelidon. ex ſucco deſtill. ℥ij.
mellis ex favo deſtill. ℥j.
croci metallor. ʒj.
Croci ℈ß.

Stent infuſ. per dies tres, hinc fiat colatura per filtrum, cui adde:

Sacchar. candi alb. ℈ij.

M. f. collyrium.

Prodeſt hic quoque aqua ſtillatitia ad ſuffuſionem,

ſionem, albuginem, nubeculam, cicatricem, pterygium *Feynei Pract. med. l. 2. f. 218.* deſcripta. Et quam habet *Gulielmus Locellus*, & ex ipſo *Riverius cap. 4. de ſuffus.* Qua poſt remedia univerſalia, ſe plures curaſſe gloriatur, nulla lucis uſura fruentes, & utraque *Crocum* amplectitur.

Item medicamentum celebre ad catarrhactas *Hipprocratis*, quod *vid. in conſult. Roderici â Caſtro fol. 145.*

Valet & hîc crocomagon unguentum: *Barthol. Anglic. de propriet. rerum.*

Vel fomentato primo oculo vino rubro auſtero, quod ſuâ adſtrictione fluxionem impedit, parte verò ſpirituoſa diſcutit & reſolvit, ulteriore jam morbi progreſſu, ſequens applicetur cataplaſma.

℞. Farin. fœnugræc. ℥j.
aloës ℥ß.
Croci ʒj.

f. pulvis ſubtiliſſimus, excipiatur vino albo, in quo crocus metallor. infuſus fuerit, & f. cataplaſma horâ ſomni applicandum. *Riverius.*

In Hyposphagmate, ubi humores oculorum ex ictu, vel caſu confuſi ſunt, citra tamen ullam eruptionem, ſequens laudat medicamentum *Feyneus l. 2. Pract. cap. 22. fol. 225.*

℞. Thuris *Croci*
myrrhæ ana,
hæc exactiſſimè levigata, pulveris ſpecie immittantur in oculos, ac ne aliis quidem medicamentis oculi confuſio curanda eſt.

III.
Phlyctænæ.

SI vera foret Manichæorum ſententia quod DEUS alius bonus bonorum, malus alius malorum author eſſet: Margaritarum bonum, puſtularum malum authorem rectè, conſiderato diſpari utriusque ortu & effectu, dixeris.

Ubi enim conchæ luxuriante conceptu rorem, velut maritum ſitiunt, & hujus deſiderio hiantes, tum, cum lunares maximè liquuntur aſpergines, oſcitatione qvâdam benignum hunc humorem concupitum hauriunt, gravidantur, & de ſaginæ qualitate unionum halitus reddunt, qui aliis puſtulans conchæ verruca dicitur.

Phlyctænæ quid? Sic è contra, â pravo humore ſeroſo, acri, & mordace in tunica adnata, vel inter adnatam & corneam ſeſe inſinuante puſtulæ inſtar perlarum exitioſæ ſæpius oriuntur.

Præter univerſalia ad has tollendas hoc ex *Croco* ſingulare eſt:

℞. Mucilag. ſem. pſyllii cydon.

fœnu-

fænugræc. aq. roſ. extract. ℥ij.
aq. roſar. ℥iß.
flor. ſambuci ℥ſ.
Croci ℈ß.

M. f. liquor. qui linteis mollibus toti oculo imponatur.

IV.

Unguis oculorum.

Qui cupit pacem, paret bellum: inſidus namque vicinus hoſtis.

Experitur hoc ex vicino ungue oculus, cui, niſi maturè medicina bellum paret, cimmeriis ipſe tenebris proximè involvetur.

Eſt enim unguis oculorum membranula nervoſa orta ab ejusdem angulo ſæpius â narium, interdum etiam â temporum parte, nonnunquam ad pupillam usque ſeſe extendens, & viſui officiens. *Unguis oculorum quid?*

Sequens in multis quatuor dierum ſpatio unguem eroſit, & pannum abſtulit:

℞. Lactis muliebr.
Croci, fellis capræ ana q. v.

fac aliquantulum ebullire in ovi teſta: inſtillentur guttæ 2. in oculum. *Foreſtus l. 2. obſerv. 7. Gryling. Pract. l. 1. part. 2. c. 8. f. 112.*

V.

Ægylops.

SCitè ars militaris ab ipſis animantibus eſt edocta, quæ in expugnandis mæniis, cuniculis utitur, hoc præcipuè uſu, ut ubi ad fundamenta pervenerit, ruinam murorum tumultuario ſuſpendat opere, ita *Flavius Vegetius c. 24. de bello.*

Ægylops quid? Oppugnatur & oculus ab Ægylope, cuniculis fiſtularibus, quibus niſi vigilantiâ & induſtriâ occurratur, facilis ruina oculi ſequi poteſt.

Eſt enim fiſtula affectio in majori oculi angulo â nimia fluxione ſeroſorum & acrium humorum exulcerantium majorem oculi glandulam, ortum ducens.

In hoc affectu, præmiſsâ humorum affluentium averſione, tale præſcribit *Samuel Hafenrefferus de cutis affect. l. 2. c. 14. fol. 306.* collyrium:

℞. Ammon. Sarcocoll. ana ℈v.
thuris ʒiij.
Croci ℈ij.

omnia ex mucilagine fœnugræci aſſumpt. in collyriorum formam redigantur.

VI. Pro-

VI.

Procidentia oculi.

DOmus propria, domus optima & commodiſſima, commune eſt adagium., Hinc Aglaus Vir Senex & pauper Gyge Lydorum Rege felicior per Oraculum Delphicum eſt judicatus, quod prædii ſui, in quo primam lucem aſpexerat, limites nunquam ſit egreſſus.

Incommodius etiam habet oculus, dum is extra orbitam ſuam emigrat & propellitur.

Eſt enim procidentia oculi ejusdem ab humoribus in majorem molem & ſubſtantiæ amplitudinem attollentibus prominentia, vel extra orbitam protuberantia. *Procidentia oculi quid?*

Hìc ſublatis cauſis ad topica accedendum eſt.

Primo fomentatis benè oculis vapore, vel liquore tepido ſpongiâ excepto ex decoctione chamomill. melilot. aut fœnugræci, imponatur ſequens oculis protuberantibus collyrium inſtar cataplaſmatis, cum ſerica lana molliſſima.

℞. Mellis virginis ℥j.
Croci ʒß.
myrrh. oliban. ana ℈j.

tenuiſſimè pulveriſata melli admiſceantur

& f. unguentum. *Franciſc. Joël l. 2. Pract. fol. 219.*

VII.

Tumor palpebrarum.

Dionyſ. Ariopag. de divin. nomin.

TUrpi carcere clauditur, qui in tenebris ſedet, & lumen cœli non videt. Lux enim ex ipſo bono eſt, & bonitatis imago.

Non aliter oculus palpebrarum tumore, quaſi atrato pariete vallatus, ut alter Cyclops Homericus, effoſſo oculo in tenebricoſa corporis ſpelunca infelix volutatur.

Tumor palpebrarum quid?

Et eſt tumor palpebrarum earundem elevatio, â pituitoſis humoribus, vaporibus, ictu aranearum, veſparum, vigiliis, nimia frictione herbarum tithymali, laureolæ &c. ortum ducens. Tument autem quam maximè palpebræ ipſis infantibus.

Ad quem tumorem avertendum tale præſcribit epithema *Franciſc. Joël Pract. Med. l. 9. ſect. 2. f. m. 505.*

℞. Rad. chelidon. roſ. rubr. ana ℨij.
myrrh. *Croci* ana ℨj.

quibus tenuiſſimè pulveriſatis add: lactis muliebr. q. ſ.

Pro epithemate, quod linteis exceptum oculis tumentibus imponatur.

CAPUT

CAPUT X.

De
Morbis aurium.

I.
Surditas.

SUrdos maritimis in locis abundare palam eſt. Exin Chriſto Domino ſurdi ad curandum maximè in partibus Tyri & Sydonis maritimis regionibus,& circa mare Galileæ oblati ſunt. *Gulielmus Ader.*

Credit *Cicero in ſomn. Scipionis* de mira ſphærarum mundi volubilitate ediſſerens, aures ſonitu repletas obſurdeſcere, cum nullus in nobis ſit ſenſus hebetior:quod confirmare videntur gentes, quæ locum illum accolunt, ubi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur ex altiſſimis montibus præcipitatur; carent namque eæ ob ſonitûs magnitudinem ſenſu audiendi.

Nec malè fortè dicet, qui cauſam ad humiditatem illorum locorum devolvet: ut enim aquiloniæ conſtitutiones corpora auditu valentiora reddunt, ſic auſtrinæ auditum hebetant: *Hipp. l. 3. aph. 17.*

Eſt autem ſurditas ſonitûs nullius perceptio, *Surditas quid?*

ptio, â nativitate, aut ruptione membranæ tympani, vel obſtructione nervorum auditoriorum, ob defluxionem, ortum ducens.

Ubi obſtructio cauſa eſt:

℞. *Croci*, garyophyll. ana ℈ß.

excipiantur cum ſucco cyclaminis: & hujus mixturæ imponatur in aures per vices gt. j. calidè, eſt ſecretum cujusdam: *vid. Select. remed. Joann. Prævotii. f. 84.*

Aliud cum *Croco* commendat *Oswaldus Grembſius in arbor. ruin. f. 194.*

Vel

℞. Aloës ʒj. maſtich.
ſem. rutæ, ſynapi,
Croci, garyophyll. ana ℈ß.
mellis deſpumat. q. ſ.

f. linimentum valens in antiquo aurium affectu; & facit denuò audire.

Vel

℞. Spir. acoviſt. Minder, vel Mynſ.
Croci (qui habet magnam vim reſolvendi) ana ʒß.
eſſent. fellis hominis, vel perdicis ℈ij.

M. cum goſſypio moſchato aut turanda auri tepidè admovendum.

Vel

℞. Ol. vermiculor. in cortice ligni quercus repertor. ℈iß.

balſam

balſam. de peru ʒß.
ol. ſtill. *Croci* gt. vj.

M. Immittantur 2. vel 3. guttæ cum bombace in aures calide.

Sequens fomentum in gravi auditu poſt variolas celebre eſt, quod:

℞. Caſtor. myrrh.
colocynth. ana ʒj.
aſari ℥j.

cum pauxillo ſem. fænicul. & *Croco* mixtis f. ex vino calido fomentum manè & veſpere per tritorium auribus immittendum ſucceſſu promptiſſimo. *Horſtius in appendic. de variol. & morbillis f. 312.*

II.

Tinnitus aurium.

VEntos omnes Philoſophi ſiccos ſtatuunt, genituram omnem humidam. *Joann. Franc. Pic. Mirandola in Aſtrol. l. 10. c. 9.*

In tinnitu aurium utrumq; hoc reperibile. Qui eſt ſonitus moleſtus intra ipſas aures, ob vapores, flatus, ab humoribus pituitoſis in cerebro coacervatis, aut ab inferioribus partibus elevatis: ſubinde pulice hinc inde in cochleam & tympanum impingente, ortum ducens. *Tinnitus aurium quid?*

Præ aliis medicamentis ſequens ex Rhaſe com-

commendat *Stockerus in empyrica f. 43.* ut & *Montagnana f. 336.*

℞. Helleb. alb. *Croci,*
nitri, caſtor. ana ʒj.
aceti, mellis colat. ana ℥j.

bulliant ſimul, & licinio linito pluribus vicibus auri imponatur.

Vel

℞. Vermiculor. intra lignum & corticem quercus repert. No. X.
millepedum lot. No. XV.
Croci, caſtor. ana ℈j.

ebulliant in ol. amygd. amar. ℥j. & aceti ℥ij. ad hujus conſumptionem, expreſſione factâ coletur: de quo gutta una, vel altera manè & veſpere auri immittenda, & goſſypio moſchato claudenda.

III.

Dolor aurium.

TRiſtis res eſt dolor ſecundum *Ciceronem 2. Tuſcul. quæſt.* Sine dubio aſpera, inimica naturæ ad patiendum, tolerandumque difficilis, ut optimè *Seneca in conſolat. ad Apoll.* cum animum multi affectus moveant. Doloris ea eſt natura, ut omnium hoc graviſſimum faciat, qui & aliquibus fuit inſaniæ cauſa, & aliorum inſanabilium morborum,

ſicuti

ſicuti præ doloris vehementia nonnulli ſibi ipſis mortem intulerint.

Inter omnes alios dolores, aurium dolor ſæviſſimus eſt: triſtis ſcilicet ſenſatio ab inflammatione, vel humoribus frigidis partes earundem diſtendentibus, vel ulcere &c. ortum ducens. *Dolor aurium quid?*

In inflammatione:

℞. Opii thebaici in ſpir. vini
diſſolut. ℈ß. caſtor. ʒj.
myrrh. ℈j.
Croci pulveris. ℈ß.

M. c. lactis ℥iij. detur in fictile)

Sgr. Umſchlag zum Ohr.

℞. Micæ panis aut farin. hordei ℔ß.
ſapæ q. ſ. f. cataplaſma, adde:
opii, *Croci* ana ʒij

M. *Pereda.*

Ubi inflammatio ad ſuppurationem tendit, remedium profecto feliciſſimo cum ſucceſſu ſequens adminiſtratur, quod:

℞. Cæpæ rubr. ſub cineribus fervefact. coct. No. I.
butyr. rec. ℥ij.
ol. chamomill. roſar. ana ℥j.
Croci ʒj.

M. f. cataplaſma moderate calidum auri applicandum, diu noctuque geſtandum. *Benedict. Faventinus, Riverius, Henricus Regius, Zecchius in conſult. f. 636.* Haud

Haud abſimile ponit *Grylingius Pract. med. l.1.part.3.f.123.* quod ubi dolor aurium à cauſa frigida ortum duxerit, poſt ſumtas pilulas & cucurbitas applicatas, miraculoſe prodeſſe affirmat, &:

℞. Cæpam rubr. No. I.
coctæ ſub cineribus add:
ol. chamomill. ℥j.
anethi
butyr. rec. ana ℥ß.
Croci ℈j.

f. emplaſtrum calidè applicandum diu ac noctu: dolorem tollit, apoſtema ſolvit, & ſi ad ſuppurationem tendit, hoc ipſo juvatur.

Vel

℞. Panici pj.
origan. majoran. ana Mj.
flor. chamomill. pj.
Croci ʒß.

pulveriſentur & f. ſacculus auri imponendus. *Felix Platerus Prax. Med. f.m. 296.*

Ubi ulcus adeſt, ad illud detergendum, liquorem cum additione *Croci* parat *Feynens Prax. med. l.2.c.3.f.34.*

IV.

Parotis.

Superbia omnis, ſeu illa Principem ambitione,

tione, ſplendore, nimio comitatu, aut quocunque modo offendat via eſt ad exitium: hâc enim creſcente decreſcit fortuna, *Symbolum Flav. Julii Conſtant.* Quod morale adeò verum habet *Evagrius*, ut ſuperbiam diverſorium latronum diceret.

Ubi effrenati humores malignitate comitati principem corporis noſtri partem caput offendunt, retroque aures divertendo parotides producunt, ſæpè omnem ſalutis fortunam in ancipiti, imò naufragio proximam eſſe, nemo eſt, qui non videt.

Eſt autem Parotis tumor glandularum circa aures cum vel ſine inflammatione, â pituita, vel bile cum ſanguine mixta, ſæpe â malignitate, vel â criſi in febribus, ortum ducens. *Parotis quid?*

Ad Parotidum tumorem ſ. leniendum & reſolvendum, ſequens linimentum mira præſtat.

℞. Ol. hyoſcyami expreſſ. ℥j.
chamomill. ſtill. ℥ß.
Croci ſtillat. gt. v.
M.

Paræus hoc laudat emplaſtrum:

℞. *Emplaſtr. Oxycrocei*
de melilot. ana q. ſ.
malaxetur cum ol. chamomillæ.

V. De

V.

De exeuntibus è aurium cavitatibus.

Plinius. NOn ex omni occaſione licet quærere triumphum: maximè ſi feſtinatio non præmeditata comitetur; duæ namque res, ut inquit *Thucydides l. 3.* maxime obſtant conſiliis: *ira, & feſtinatio.*

Videmus perſæpè exeuntes aurium humiditates â nonnullis importune, maximè in parvis & recens natis puerulis ſupprimi, quo modo triumphi loco, quem ex cura ſibi pollicentur, epilepſiam, vel alium gravem cerebri affectum accelerant, ita *Hipp. l. 3. aph. 24.* Solet namque natura per hanc viam, etſi minus idoneam, luxuriantia Puerorum excrementa ut plurimum deponere.

Profluit autem ſubinde è aurium cavitate ſangvis, ſerum, ſanies, quæ diu durantia ulcus aurium procreant.

Hoc ut præcaveatur: primo ſordes auriſcalpio leniter eximendæ, & acu lanâ molliſſimâ nodulo obvolutâ extergendæ ſunt: dein emundatis auribus de ſequente liquore guttulæ tres auri fluenti inſtillandæ, aut lanâ xylinâ exceptâ tepidè auri imponendæ erunt;

℞. Mel.

℞. Mellis puriſſ. vini rubr. ana ℥ß.
alumin. *Croci*, nitri ana ℈j.
quæ contrita ſimul leviter ebulliant: *Franciſcus Joël l. 9. Pract. ſ. 2. f. 505.*

VI.

Ulcus aurium.

ACredinis eſt omnia penetrare. Sic Hannibal Carthaginenſium Dux ex Gallia per alpes invias in Italiam exercitum traducens, rupem, per quam una via eſſe poterat, infuſo aceto pærupit, alpesque ſibi pervias fecit: *Livius Decad. 3. l. 1.*

Imitatur Hannibalem noſtri corporis Archeus, qui acribus & corroſivis humoribus non rarò in auribus, earundem cartilaginoſas partes perfringendo, ulcus producit; Quod eſt ſolutio continui cum pure, ab acribus & mordacibus humoribus erodentibus, vel abſceſſu rupto, vel percuſſione, ictu, caſu, aut vulnere &c. in aurium cavitate, vel ſubtus aures, ortum ducens. *Ulcus aurium quid?*

Ad detergendum, exſiccandum, & concoquendum de ſequenti inſtilletur in aurem, quo Vir quidam ſanitati reſtitutus: *Vid. Roderic. à Fonſeca conſult. med. 39. fol. 263. &*:

℞. Pomum unum granatum dulce, Coq. in vino albo, cum fuerit coctum, tunde in mortario, & exprimatur ſuccus per ſacculum, dein:

℞. Hu-

℞. Hujus ſucci granati
mellis roſat. ana ℥j.
therebinth. ℥ß.
aloës, thuris,
Croci ana ℈ij.
M. f. medicamentum.

Vel

℞. Phlegmat. ſpir. urinæ
pueri impubis ℥iiß.
aloës, thuris, myrrh.
Croci or. ana ʒß.
croci metall. ℈ß.

Stent infuſa vitro clauſo per noctem, manè fiat colatura, de quo per auricularium clyſterem aliquid auri tepide iniiciatur, abſtergit, exſiccat, & fluxum humoris ſiſtit.

Caput XII.

De Morbis dentium & linguæ

I. Odontalgia.

VEritatem â mendacio ſæpè non diſtingues, ut cryſtallum â glacie, niſi duratione: ubi mendacium affulgentibus

tibus ſolis prudentiæ radiis, & ſedulæ inquiſitionis inſtar glaciei facilè liqueſcit, totusque ille nidor perit; Veritas autem immutata, ſolida, & ſyncera æternum perſiſtit, & contra fictas omnium inſidias non difficulter ſe ipſam tuetur. Et forma quæcunque corporis, bonum alienum eſt; contemplare vallum illud oſſeum, dentes puto, quos hodie ebur, imò Zenobiæ orientis Reginæ dentes eſſe jurares, quæ inter loquendum, ridendumque non dentibus, ſed candidis margaritis plenum os habere credita eſt, cras carbonem fateberis, carie, & dolore plenum: ubi hæc ſola oſſa ſentiunt, & ita quidem, ut cum Job loquantur, maledicentes diem, qui non erat. Eſt enim dolor dentium paſſio præter naturam ipſius ſpiritûs dentem vivificantis, ab excrementis præter nat. affectio: vel ſecundum alios ſolutio continui â feroſo, bilioſo, pituitoſo humore, vermibus, vel flatibus, ortum ducens.

Diog. Laert. l. 4. c. 7.

Gregor. in lib. 3. Job.

Dolor dentium quid?

Ad hunc demulcendum, liquorem mihi literis communicavit *Excell. D. Sebaſtianus Georgius Junus Philoſoph. & Med. D. Viennæ Practicus, Amicus & Collega ſuaviſſimus*, qui:

℞. Raſur. lign. guajaci ℥ij.
ſaſſafras, ſarſæ ana ℥j.
rad. pyrethr.
O crudi, Otri præpar. ana ℥ß.

 opii

opii ſpagyr. præpar.
gariophyll. ana ʒ ß.
ſerpill. origan. cret.
Croci ana ʒj.

M. pulveriſata in vitro, add:

ſpir. vini, & acet. vini q. ſ.

extrahatur tinctura: detineatur diu in ore calidè.

Vel

℞. Piper. long. albi ana gr. iij.
nigri gr. iiij.
Croci ℈j.

terantur groſſ. modo, & bulliant ſimul in vini albi ℥iij. ad caſum tertiæ partis, adde dissolvendo:

opii thebaici gr. iij.

iterum parum ebulliant juxta lentum ignem: teneatur ſæpius calide in ore. *Enchiridion dogmaticum Finckii f. m. 59.*

Vel

℞. Stamin. *Croci* q. pl.

comburantur in orbe ſtanneo: oleum, quod exſudat, colligatur cum bombace, & indatur denti dolenti.

Ab extra cataplaſma dolorem ſedans ex medulla pomorum dulc. excort. *Croco*, &c. deſcribit *Zecchius conſult. med. 36. f. 393.*

Vel

℞. medull. panis ℥iij.

Coq.

Coq. in lacte, add:
farin. ſemen. lini
ol. roſ. chamomill. ana ℥j.
Croci ℈ij.
Contunt. & applicetur loco affecto.

Vel

℞. Opii aceto diſſolut.
Croci pulveris. ana ℈j.
maſtich. el. ʒß.
gummi caran. ʒij.
elemi, reſin. tragacanth. ana ʒij.
C. balſamo maſtichin. f. emplaſtrum maxillæ applicandum.

II.

Prunella.

PArelia nunquam conſpiciuntur impune, vel enim nova fædera, aut ſtructas conſpirationes, aut turbationes præſagiunt, ſuntque indices occultorum conſiliorum; Hæc evidenti effectu comprobarunt parelia hoc Anno 1670 12. Februarii in Ungaria viſa.

Magna in corpore turbatio, & gravis, atque latitans ſæpius conſpiratio judicatur, ubi linguæ prunella viſitur, frequentiſſimum morborum acutorum ſignum, ut habet *Galenus comment. 1. in 6. epidem. circa principium de uteri phlegmone:* & *Hippocrates tertio de*

 morbis

morbis loquens de febre ardente quadam, ſ febris tenet & ſitis vehemens, & lingua aſpera & nigra.

Prunella quid? Eſt namque Prunella nigrities & ſcabrities linguæ, â febribus, vel inflammatione aliqua internarum partium, ortum ducens.

Hæc ſi oriatur ab hepatis inflammatione, *Rhumelius* ſequens epithema ejusdem regioni applicat:

℞. Camphor. ʒß.
diſſolve in cochl. j. ſpir. vini, add:
Stamin. 7. Croci
aq. ſolani cochl. 2.
aceti roſ. cochl. j.
aq. fontis ſextar. medium.

M. omnia ſimul, intinge pannum laneum cæruleum, & ſepties repetendo applica, poſtea in aquam currentem abiice, & remedium experientiâ efficax deprehendes.

Videtur Author hic multum ſeptenario numero tribuere, eâ fortè ratione ductus, quod numerus ſeptenarius, ſi ejusdem membra ſingula conſiderentur, ſit variæ potentiæ, ac omni majeſtate pleniſſimus. *Laus numeri ſeptenarii.* Numerus in quo hominis tota conceptio, formatio, nutritio, ac vita conſiſtit.

Numerus beatitudinis:

---- ---- ---*O! ter quaterq; beati.*

Numerus purificationi aptiſſimus, ut habetur

betur *l. 4. Regum de leproſo: vade & lava Te ſepties in Jordane, & recipiet ſanitatem caro tua, & mundaberis*; & paulo poſt: *& lavit ſe ſepties in Jordane, & mundatus eſt. Tinget ſe ſepties in ſanguine paſſeris mundatus â lepra. Septem diebus lavabitur aquis viventibus, qui patitur fluxum ſanguinis.*

Eſtque numerus quietis: ubi ſeptimo die ceſſavit Moiſes ab oratione: ſeptimo die Creator DEus quievit ab opificio. Secundum *Pythagoram* vitæ humanæ vehiculum. Secundum *Ariſtotelem 7. de hiſt. animal.* eximius, quod in eo maximè mutationes contingant.

Plura qui cupit, adeat *Andr. Laurentium de criſibus c. 9. Fabric. Paduanum de anno climacterico. Calamantium in libr. Galeni de dieb. decret. & alios.*

Alii in prunella albumen ovi cum *Croco*, & ſpir. vini regioni cordis applicant.

III.

Paralyſis linguæ.

VIdeatur hæc in morbis cerebri §. ij.

Caput XIII.

De Morbis pectoris.

I.

Angina.

DIfficilè eſt interdum, quæ cauſa ſit, cur ameris, divinare: & ut *Auſonius* ait, eſt hæc ſæpè felicitas, cujus rationem reddere non poſſumus.

Idém de vaſe ex hedera helice tornatili crateris loco uſurpato, & ab Angina præſervante ſtatuere licet; Quæ eſt deglutionis & reſpirationis difficultas, ob inflammationem & anguſtiam partium ſummarum gulæ, laryngis, & faucium, â ſanguine fervido, vel pituita, â calore liquefacta & iterum ſuperveniente frigore in faucibus coagulata: vel ſecundum alios â Sale lixivioſo & acido, cum febre continua affligente, ortum ducens.

Angina quid?

In hujus curatione repellens & diſcutiens gargariſma tale ſit:

℞. Rad. glyzyrrh. ℥j.
alth. ℥ß.
fol. conſolid. mediæ.
flor. prunell. ana Mß.

dactyl.

dactyl. caricar. ping. ana piiij.
ſem. alth. fœnugræc. ana ʒij.
Coq. in ſ. q. a. colæ ℞. ℔iß.
add:
mell. roſ. ℥ij.
ciner. hyrund. ʒiij. vel ℥ß.
Croci ℈ß.
camphor. gr. ij. vel iij.
f. gargariſma. *Rolfincius.*
ubi magis ad ſtatum vergit:
℞. Ficuum ping. No. VI.
dactyl. No. iij.
balauſt. ℥ß.
ſem. lini, fœnugræc. ana ℥ß.
Coq. in aq. ℔ij. ad medias, colentur, colatoque in juſculo add:
diamoron,
mell. roſ. colat. ana ℥iß.
nidi hyrund. ſiccat. & pulveris. ʒij.
Croci ʒß.
lactis muliebris. ℥j.
f. gargariſmus, qui tepide frequenter uſurpetur. *Franciſc. Joël l. 2. Pract. ſ. 8. f. 358.*

Cataplaſma de nido hyrundinum Mynſichti in Angina deſperata ſæpius collo applicatum ſecretum eſt, cui *Crocum* Author non immeritò addidit.

Si tumor non diſcutiatur, & ad ſuppurationem tendat, quod quarto vel quinto die

contingere ſolet, illius maturatio procuranda erit, quam mirum in modum ſequens conditum promovet:

℞. Medull. caſſiæ rec. extr. ℥j
Magiſter. tabaci,
Croci ana ʒß.

De quo frequenter aliquid in ore detineatur, quod ſenſim liqueſcendo in gulam deſcendat.

Ab extra pro maturatione:

℞. Medull. panis trit. ℔ß.
rad. lil. alb. alth. ana ℥j.
ſem. lini ʒvj. fœnugræc. ℥ß.

Coq. ex lacte dulci q. ſ. adde:

ol. amygd. d.
lil. alb. ana ℥ß.
butyr. rec. non ſalit. ʒvj.
Croci ʒß.
vitell: ovor. N. I.

f. cataplaſma. *Balthaſar Timeus*, von güldenen Klee/ *caſ. med. l. 2. c. 1. f. 78.*

Vel

℞. Nidi hyrundinum No. I.

Decoq. in decocto alth. ad pultis conſiſtentiam, add:

ol. amygd. d. aneth. ana ℥ij.
Croci ʒj.
caſſiæ ℥iß.

f. cataplaſma.

Ubi

Ubi pituita coagulata peccat, repellentibus ſuperſedendum eſt, ne tali medicamento humor retruſus inflammationis author in partem principem recurrat, & lethali pernicie aëris introitum præcludat.

Utile eſt hoc unguentum, quod:

℞. Ol. cheirin. vel irini ℥ij.
unguent. dialth. vel reſumpt. ℥iiij.
Croci ℈ij.

M. f. unguentum: quo collum vel faucium regio inungatur. *Feyneus Pract. Med. c. 1. l. 3. fol. 315.*

Vehementius ſi deſideretur.

℞. Butyr. rec. aut axung. gallin. ℥ij.
mucilag. ſem. lini, fœnugræc. ana. ℥j.
pulver. hyrund. ℥j.
vel nidi hyrundin. vel columbin. ℥iß.
ireos, *Croci* ana ʒij.
ol. lil. q. ſ.

M. *idem l. c.* aut

℞. Ciner. hyrundin. ℥iij.
flor. chamomill. ſicc. ʒ ß.
Croci, ſpicæ ana ʒj.

trita excipiantur melle, & linatur gutturis regio. *idem l. c.*

II.

Aſthma.

Commune dictum:

Vetus

Vetus Aſthma
Mirabile phantaſma
Quod nullum curat cataplaſma.

Quod ſicut in Juvenibus curatu eſt difficile, ita in ſenibus incurabile. Qui verò poteſt ſperare nihil, deſperet nihil, ubi deſperatum adhuc *Crocus* ſolabitur.

Aſthma, quid? Eſt autem Aſthma reſpirandi difficultas, ab anguſtia reſpiratoriarum partium, â viſcidis & craſſis humoribus inter circulandum per pulmones depoſitis, vel tuberculo, vel calculis &c. ortum ducens.

Optimè hîc phlegmagoga mixta perpetuo thoracicis præmittuntur, ceu eſt ſequens nodulus, etiam in ſuffocationis periculo celebris, qui:

℞. Herb. marrubii, hyſſopi,
capill. ♀. rorell. ana piij.
flor. helenii pj.
Croci ℈ß.
rad. ireos flor. helenii ana ʒvj.
polypod. q. ℥j.
mechoacann. albiſſ. ʒvj.
ſem. carthami ℥ß.
agaric. albiſſ. ʒiij.
ſem. urticæ ʒij. crem. ♀ri ʒij.
paſſul. minor. ℥ij.
f. nodulus.
ſgr. Bruſtpiſchl.

Ex

Ex colleg. M. S. S. Excell. D.D. Joann Michaëlis ſuper Jonſtonum.

℞. Agaric. albiſſ. ℥ij.
mechoacann. ʒj.
ſem. *Croci* campeſtr. ſeu cartham.
fœnicul. aniſi ana ʒiß.
Croci Auſtriac. gr. vj.

Irrorentur guttis 7. *ſpir. aſthmat. ammoniacati Crocati* infra notati, poſtea infund. in vini enulati q. ſ. mane coletur & filtretur pro doſi.

Vel

℞. M. P. de ammoniaco ℈j.
extr. eſulæ gr. viij.
Croci gr. iij.

C. *Elixir. pectorali Crocato* f. pilulæ No. XIII. Pro doſi.

Vel

℞. Magiſter. Turpeth. c. pineis ſolut.
agaric. ana ℈ß.
Croci gr. iiij.

M. f. pulvis in vino, vel hydromelite exhibendus.

Decoctum Galli decrepiti ſequenti modo cum *Croco* paratum, plurimum profuiſſe non rarò vidimus, &:

℞. Rad. glyzyrrh. helenii
ireos flor. ana ℥ß. Herb. marrubii,
folior. hyſſop. tuſſilag.
ſcabioſ. ana Mj.

flor,

flor. helenii,
croci campeſtr. ſeu cartham. a. piß.
Croci Auſtriac. ʒß.
paſſul. ficuum ana ʒvj.
jujubar No. Xij.
agaric. troch. ʒß.
mechoaçann. alb. ʒiij.
turpeth. ʒij. Zingib. ʒj.

Coq. cum gallo decrepito in aqua pura, & juſculo â pinguedine liberato: detur mane hauſtus; quod ſi ſufficienter alvum non moveat, addatur mannæ calabrinæ aliquid.

In paroxyſmo vomitus ſæpè miraculoſe profuit, non tantum evacuatis iis, quæ in ventriculo & primis viis hærebant, ſed quæ in ipſis pulmonum bronchiis exiſtebant, &:

℞. Aq. benedict. Rulandi
nicotian. ana ℥ß.
Oxymel. Crocati ℥iij.

f. hauſtus tepide exhibendus.

Amplius ad deterſionem & expectorationem craſſorum humorum ſequentia proderunt:

℞. Looch ſani ℥ij.
affund:
aq. fontis calid. Mens. j.

Stent per noctem, colæ tepidæ per linteum adde:
rapar. ſiccat. Mj.

ficuum

ficuum ℥iß.
ſem. aniſi ℥ſ.
Croci ʒiß.

Coq. per ſemihoram, exprime per linteum, poſtea

℞. Colæ ℔j.
ſacchar. cand. rubr. ℔ß. vel minus
bulliant & f. ſyrupus.

Vel

℞. Rad. liquirit. ℥j.
enulæ ireos ana ℥ſ.
capill. ♀. hyſſopi ana Mß.
paſſul. enucleat. ficuum ana. ℥j.
Croci ℈j.

Coq. add:
mellis q. ſ.

Bibat reſpirationis difficultate. *Felix Platerus Prax. Med. f. m. 390.*

Vel

℞. Zedoar. ℥ß.
gummi ammon. ʒij.
flor. ♀ris ʒiij.
Croci ℈j.

Coq. in hydromelite ad medias.

Sgr. Lufft-tranck wohl umzurüttlen/zwey/drey cochlearia.

Vel

℞. *Croci* ℈ß.
moſch. gr. j.

ſucci

ſucci ocymi depurat. ʒij.
vini alb. aromat. calefact. ℥iiij.
f. potio calide danda. *Joann. Zecchius in conſult. Med. f. 580. conſult. 53.*

Arcanum eſt hoc in affectu quod ſequitur:

℞. *Croci* ℈ß.
moſch. gr. iij.
M. c. decocto rad. ireos.
Vel hujus loco:
℞. *Moſchardin. Crocat.* ℈ß.
exhibeantur cum decocto rad. ireos.

℞. Aq. ſcabios. flor. ſambuci
carduib. c. vino deſtill. ana ℥ij.
extr. ireos, ſcabioſæ,
Croci or. ana gr. vj.
elæoſacchar. aniſi ʒſ.
Syr. de hyſſopo q. ſ. ad gratiam. *Guernerus Rolfinc. in method. med. ſpecial. l. 8. cap. X.*

Pauperes decocto hyſſopi inſperſo *croco* juvari poterunt.

Vel

℞. 5. vel 7. paſſulas majores,
divide ſecundum longitudinem, imponendo aliquot *Croci* ſtamina, claude denuò, & in ſcutella ſaccharo candi conſperge, ſuperfundendo ſpir. vini, qui conflagretur. Paſſulæ præfatæ edantur manè, ſuperbibendo vini ſpiritum poſt uſtionem relictum inſtar ſyrupi, & hoc ſingulo mane & veſpere ſi lubet

betrepetatur. *Joel* potionem ſequentem expertam habuit in aſthmate, quæ:

℞. Vini millepedum vel aſellor. ℥viij.
Syr. hyſſop. marrub. ana ℥ij.
eſſent. helenii ʒij.
Croci ʒß.

M. f. potio pro doſibus.

Nos in aſthmate Puerorum millepedes vino cum *Croco* & cinamom. infundimus, & modico ſaccharo candi albo edulcoramus certiſſimo experimento.

Spiritus Juniperinus Crocatus Mynſichti ad aſthma ſummè prodeſt; Ut & ſequens ſpiritus, qui arcanum eſt, ex communicatione *Excell. Viri D. D. Matth. Franc. Hercod P. M. Practici feliciſſimi, nunquam â me ſatis laudandi*, qui:

℞. Æris virid. ℔iß.
gummi ammon. ℔j.

Deſtill. inde ſpiritus, qui ab oleo ſeparatus rectificatur, impoſita in roſtro capitelli *Croci Auſtriac.* ʒj. Spiritus tinctus ſervetur ad uſum. *Arcanum in aſthmate ſcilicet ſpir. aſthmat. ammoniacat. Crocat.*

Sgr. Spiritus aſthmaticus ammoniacatus Crocatus. Doſis gr. X. ad ℈j. in hydromelite Crocato, aut alio conveniente liquore, ceu eſt aqua aſthmatica, looch ſani, aut pectoralis, &c. exhibendus.

Ecclegma, ſeu looch.

℞. Looch ad aſthma uſitat.
de caulibus ana ℥j.
rotul. Crocat. noſtr. ʒj.
pulver. rad. aronis c. vino præpar. ʒj.
ocul. ♋. præpar. ℈j
C. *Oxymelit. Crocato* q. ſ. f. looch.
ſgr. Ablöſch-ſafft.
℞. Ammoniac. ℈j. *Croci*
♁ris ſæpius aquâ violar. levigat.
ana gr. V. moſchi gr. ſ.
M. c. oxymelite q. ſ. f. ſ. a. bolus mollis.
Zecchius conſult. med. 45. f 485.

Pomum excavatum, thureque & *Groco* invicem repletum, aſſatum, & comeſtum experientiâ aſthmaticis prodeſſe nuperis ad me literis ſignificavit *Phoſphorus noſter* Excell. *D. Philip. Jacob. Sachs â Lewenheimb Phliæ & Med. D. Gratioſiſſimi Collegii noſtri Decus.*

℞. Extract. helenii ʒj.
glyzyrrh. ℈ij.
magiſter. benzoës ʒß.
extr. Croci gr. vj.
M. f. pilulæ majores.
ſgr. ſonderliche Pillen gegen den Dampff in Mund zu nehmen.

Petrus Poterius obſervat. & curat. centur. j. c. 77. f. 68. quendam 30. annos natum, qui quatuor annis â catarrho in pectore exundante

dante præ aſthmate vitam ſingulis momentis commutaturus videbatur, primo eſulæ extracto ter exhibito, quod lentam, craſſamque è pulmonibus materiam deturbaret, pilulis mox dicendis feliciter curavit, &:

℞. Aloës ſuccoterin. ℥ß.
myrrh. ammon. ana ʒß.
Croci or. ℈j.
flor. ♀ris ter c. ſuo colcothare
♎t. ʒiiß.
C. ſyr. è ſucco marrub. alb. f. maſſa.
Doſis ʒj. ad aliquot dies.

℞. Myrrh. el. oliban. ana. ʒj.
tragacanth. gummi arab ana ʒiij.
Croci, ſucci glyzyrrh. ana ʒj.
carnium dactyl. No. V.
C. ſapa f. pilulæ ſublinguales. *Brunerus in conſil. fol. 181. conſil. 53.*

℞. Flor. ♀ris per ſe ſublimat. ℈j. gr. ij.
benzoe gr. v.
Croci gr. ij.
moſchi gr. j.
ſacchar. ad pondus omnium M. f. pulvis. doſis cuſpis cultelli in cochleare vini. *Rolfinc.*

Vel

℞. Fæcul aronis ʒiß.
magiſter. benzoë.
Croci ana ʒj.

ſaccahar. ʒij.
⚱ ſtill. aniſi ʒß. M.

Sgr. Lufft-und Bruſt-Pulver.

℞. Gummi ammoniac. gr. iiij.
Croci gr. iij.
ſpec. diamoſch. d. gr. vj.

M. f. pulvis.

Vel ſequens in difficili reſpiratione evidentis auxilii, qui:

℞. Spermat. Ceti rec. ℈ij.
elæoſacchar. Croci gr. vij.

M. pro una doſi in cerevíſia calida propinandus.

Pulvis pro ferculis:

℞. Pulmon. Vulpis ſ. a. præpar. ʒiß.
glyzyrrh. ʒiij.
pulver. hyſſopi ſicci ʒij.
iridis, aniſi ana ʒiß.
Croci ʒß.

ſacchar. albiſſ. ℥j. f. pulvis. doſis ʒij. ʒiij. Eduliis inſpergendæ, aut in juſculis uſurpandæ: *Feyneus l. 3. c. 5. f. 353.*

His accedant externa, quibus non obſcurè partes oppreſſæ ſublevabuntur:

℞. Mucilag. ſem. fœnugræc. lini, altheæ cum aq. altheæ extract. ℥j.
fol. tuſſilag. ʒß.
butyr. ſ. ſ. ʒß.
axung. gallinar. rec. ℥ij.

ireos

ireos flor. pulver. ʒiij
Croci ʒß.
ol. amygd. d. ℥v.

Ceræ alb. q. ſ. f. unguentum. Quo tepidè ſub ingreſſum lecti pectus inungatur benè fricando, & mane abſtergendo cum linteo. *Joann. Wittichius in conſil, Med. f. 244.*

℞. *Ol. de Croco*
lil. alb. ana ℥j.
pulver. ireos, *Croci*, ariſtol. ☉.
opopanac. ana ℈j.

terantur omnia minutiſſimè ſimul, & ex eo calidum f. unguentum: quo pectus inungatur. *Barthol. Montagnana conſil. 77. fol. 404.* Ubi etiam *conſil. 33. de ægrit. cerebri fol. 218. Crocum* ad nocumenta anhelitus valdè commodum eſſe teſtatur.

℞. Ol. lil. alb. amygd. d.
violar. ana ʒij.
pingued. capon.
unguent. dialth. ana ʒß.
Croci ℈ij.

ceræ q. ſ. f. unguentum. *Rolfincius in meth. med. ſpec. l. 7. ſ. 2. c. XI.*

Valet quoque unguentum ex cæpa excavata, repleta *Croco* & thure *Phil. Jacobi Sachſii cap. de uſu præparat. Croci* recenſitum.

Vel

℞. Adipis gallin. ℥ß.

medull. cervin. ʒiij.
unguent. dialth. ʒv.
℅ lil. alb. cheirini,
amygd. d. ana ℥ß.
pulver. ireos, enulæ ana ℈ij.
Croci ℈j.

C. cera f. linimentum. *Balthaſar Timæus caſ. Med. l. 2. f. 96.*

Vel

℞. ℅ lil. alb.
amygd. d. ana ℥ij.
butyr. recent.
adipis gallin. anſeris ana ℥j.
mucilag. ſem. lini, fœnugræc.
cum aq. farfar. extract. ana ʒvj.
hyſſopi ſicci, ireos, ana ʒß.
Croci ℈j.

C. cera f. linimentum. *Zecchius Conſult. 53.*

Vel

℞. ℅ cheirin. ℥ij.
laurin. aneth. ana ℥ß.
mucilag. ſem. lini, fœnugræc. ana ℥ß.
butyr. rec. vel medull. carnis vitull. ʒiij.
ſtyrac. calamith. ʒiß.
pulver. ireos. ariſtol. ☉. ana ʒj.
Croci ʒß.
ceræ parum

f. un-

f. unguentum: quo partes pectoris calidè illinantur multâ frictione.

℞. Emplaſtr. Oxicrocei
gummi ammon. ana q. ſ.

malaxetur ℥ croci inſolato, indue ſuper alutam, detur in forma uſitata.

Proponit quoque *Hœferus in Hercule Medico c. 2. l. 2. f. 104.* epithema quoddam *Thomæ Mermanni Bavariæ quondam Galeni*, cujus quoque partem *Crocus* conſtituit.

Ubi tanta ſubinde adeſt morbi ferocia, ut â laudano curationem inchoare cogamur, *Petrus Poterius obſervat. & Curat. centur. 3. f. 228.* ſequentibus cum *Croco* utitur pilulis:

℞. *Croci or.* gr. iij
opii thebaic. gr. iiij.
moſchi gr. j.

C. guttula j. cujusdam liquoris f. pilulæ: capiat hora j. ab aſſumpta cæna.

III.

Tuſſis.

HAbet ſe tuſſis inſtar occultæ foveæ, in quam plures impingunt, dum ſecuri nimis de nullo malo ſolliciti ſunt.

Occulta fovea Tuſſis eſt, ubi eadem frequens, & diuturna plerumque ad ſanguinis ſputum perducit, teſte Avicenna. Interdum ubi vehemens ſuffocat. Sæpe ubi valida, ca-

leſactis pectoris, pulmoniſque partibus fe-brem accendit. Ubi periculoſa in ſenibus, & quæ ad mortem uſque comitatur. *Hipp. 2. aphor. 40.* Mala, imò deſperata ſi aqua inter cutem laborantem detineat *6. aphor. 35. vel. ſect. 7. aphor. 47.*

Ita etiam ſi ante pubertatem gibbum cauſet, ubi ſtatim moriuntur *6. aphor. 46.*

Tuſſis quid? Eſt namque Tuſſis motus depravatus pulmonum, quo expultrix irritata id conatur expellere, quod ipſis pulmonibus moleſtum eſt cum ſonitu, â catarrho præcipue, vel particulis acribus mordacibus bronchia pulmonum irritantibus, aut iisdem craſſioribus pulmonum poros infarcientibus inter circulandum depoſitis, ortum ducens.

Ab his particulis craſſis pulmones expediunt ea, quæ incidendi & abſtergendi vi prædita ſunt, ac leniunt quodammodo & humectant, & quæ capite præcedente de aſthmate dicta ſunt: ut eſt aqua vitæ contra Tuſſim *Franc. Joelis Pract. l. 1. f. 268.* cui *Crocus* additur, vel ſequens julapium:

℞. *Ol. ſaccharin. Crocat. compoſ.* ℥iß.
ſyr. ſcabioſ. enulæ,
tuſſilag. ana ℥ß.
aq. tuſſilag. ſcabioſ. ana ℥iß.
M. doſis ſæpè 2. vel tria cochlearia.

Vel

Vel

℞. *Elixir pectoral. c. Croco* ℥ß.
ſpir. aſthmat. ammoniacat. Crocat. ℥ij.
M. doſis gt. 30. 40. in brodio macro.

℞. Rad. glyzyrrh. raſæ,
enulæ campan. ana ʒj.
fol. hyſſopi ʒß. carduib. ʒij.
pulmon. vulpis præpar. ʒ ß.
Croci ʒß.
ſacchar. manus Chriſti ad pondus dimidium
f. pulvis. Samuel Schönborn/ *Manual. Med. Pract. f. 67. Chriſtoph. Petri aſyl. Languent. f. 117.*

Contra Tuſſim infantium *Philipp. Grylingius* excellentem deſcribit pulverem, quem *Crocus* nobilitat *vid. Pract. Med. l. 2. p. 2. f 176.*

Vel

℞. Rad. ireos flor. ℥j.
ſpermat. ceti ℈ij.
myrrh. ʒj.
Croci gr. xiiij.
ſacchar. candi ℥ij.
f. pulvis in cereviſia per vices exhibendus.

Ubi Tuſſis oritur â catarrho:

℞. Spec. diaireos ʒiß.
flor. ♀ris ℈ij.
extr. helenii ℈j.
Croci gr. viij.
ſuccini præpar. ʒiß.

C. ſ. q. ſacchar. in aq. aſthmat ſolut. f. l. a. rotulæ. aut

℞. Spec. diaireos ℈iiij.
fæcul. aronis ʒj.
extr. helenii ℈j.
Croci gr. vj.

C. ſ. q. ſacchar. in aq. tuſſilag. ſolut. f. l. a. rotulæ, aſperg. ℅ aniſi.

Sgr. Bruſtzelt.

℞. Spec. diambræ, hyſſopi,
liquirit. gummi arabic.
Croci ana ℈j.

Syr. de hyſſop. de liquirit. ana ℥j. penidii ʒvj. incorporentur omnia ſimul, & dentur in fictili pro electuario. *Joann. Wittichius in conſil. Med. f. 126.*

Ad omnem antiquam tuſſim, & pectoris expurgationem diaſulphur utile eſt, &:

℞. Pulver. ♀ris flavi ℔j.
cinam. ʒiij.
Croci ℈ij.
zingib. ʒij.
moſchi ſolut. in aq. roſar.
ſi ægro placuerit gr. viij.

mellis alb. q. ſ. f. electuarium. doſis ℥ß. pro vice manè & ſerò, & ex eo f. tabellæ detinendæ in ore. *Fonſeca in conſult. Med. empyr. fol. 499.*

Sequens etiam ad omnem Tuſſim ſecretum eſt:

℞. Pul-

℞. Pulmonem cervinum̃ cum̃ gula a-
refactum:

f. exinde pulvis. Cujus ℥j. add:

magiſter Croci ʒß.

C. melle opt. f. eclegma quotidie uſurpandum.

Ubi expurgato pulmone, tuſſis ipſo curationis progreſſu moleſtiſſime infeſtaret, atque vigilias induceret, tunc præpoſtero ordine globulis è ſtyrace compeſcenda erit: v. g.

℞. Styrac. liquid. thuris
maſtich. myrrhæ.
opii, *Croci*
ſucci liquirit. ana

f. pilulæ inſtar ciceris: detur j. aut duæ ad ſummum. *Feyneus Prax. Med. l. 3. c. 4. f. 346.*

Ab extra:

℞. butyr. lot. ℥iiij.
ol. viol. ℥j.
amygd. d. ℥ij.
Croci ʒß.
ceræ alb. parum̃,

M. f. unguentum, incorporentur ſimul, cui addi poteſt: pingued. gallinæ ℥ß. M. *Stockerus in empyrica f. 64.*

Vel

℞. ℴℴ lil. irini ana ℥ij.
rad. enulæ arefact. trit. ʒiij.

fol.

ſol. becchii ſicci ℥ij.
hyſſop. ſicci ℥iß.
Croci ℈ij.
axung. gallin. ℥ ß. æſypi ℥ ß.
ceræ q. ſ. f. unguentum, quo inungatur pectoris regio calidè. *Feyneus f.347.*

IV.

Phthiſis.

FUturas proximas rerum publicarum mutationes plerumque DEUS ſignis, vel prodigiis, aliisque modis revelare ſolet. Sic eâ nocte, quâ capta eſt Troja Dii quidam apparuerunt (ut loquitur *Maro*) exeuntes è templis, & exportantes ſimulachra ſua.

Inter ſigna alia, quæ Phthiſim jam jam ad extrema vergentem, & proximam ad mortem futuram mutationem denotant, diarrhæa eſt: ita *Hipp. l. 5. aph. 12. quibus tabe laborantibus capilli defluunt, ii diarrhæa ſuperveniente moriuntur.*

Phthiſis quid? Et eſt Phthiſis conſumptio totius corporis ab ulcere pulmonum ex repletione & ruptione veſicularum orbicularium, ob lympham ſeroſiorem, acrem, aut aliis cauſis erodentibus, vel lædentibus ipſum pulmonem, ortum ducens.

Mira in hoc affectu præſtant rotulæ antiphthiſicæ Kneuffelii, quæ:

℞. flor.

℞. flor. 🜍ris ter ſublimat. ℥iß.
♁nii diaphoret. c. triplo ſalis petræ probè calcinat. ut omnis vis vomitoria ablata ſit (vel potius antihectici Poterii) ℥ß.
maſtich. ſuccini albiſſ. ana ℥j.
ſpec. diatrag. frig. ℥ij.
Croci ℈ß.
ol. aniſi gt. vj.
ſacchar. in aq. heder. terr. ſolut. ℥iijß.
f. rotulæ majores.

Vel

℞. Flor. 🜍ris pulveriſat.
glyzyrrh. raſ. ana ℥j.
rad. ireos flor. ℈ij.
pulver. haly contra phthis. ℥iij.
benzoin. *Croci* ana ℈ß.
ſacchar. albiſſ. ℥v.
C. ſ. q. aq. roſ. f. paſta, â qua f. trochiſci. *Diemerbroek.*

Alios trochiſcos agglutinantes, & tuſſim ſedantes, quorum quoque ingrediens *Crocus eſt, vid. Feynei Pract. f. 371.*

℞. flor. 🜍ris c. aloë & myrrh. ſublim. ℥j.
benzoës ℈j.
fol. roris ſolis piij.
ſem. urticæ mort. ℥j.
rad. helenii, ireos flor. ana ℥ß.
gumm.

gumm. ammon. myrrh. aloës ana
gr. viij.
Croci gr. x. moſch. gr. iij.

M.

Sgr. Lungen Trieſeneth.

℞. flor. ♀ris ℔j.
myrrh. ℥iij. aloës ℥ij.
Croci ʒij.

Pulver. & ſuperfund. ſpir. therebinth. ad eminentiam 2. digitor. Digere per 12. dies in arena, tum extrahitur anima ♀ris & omnium ſpecierum: filtra, & habebis balſamum, qui valet non ſolum ad Phthiſim,, verum, etiam Pleuritidem, calculum, febres, Peſtem, Hydropem. doſis â gt. v. ad ℈ß in vehiculo appropriato.

Alius balſamus ſecretus ex communicatione *Excell. D. D. Matth. Franc. Hertod. P. M.* hic eſt:

Balſamus ſecretus in Phthiſi.

℞. Lactis human. lactantis maſculum ℔iiß.
medull. panis tritic ℥ij.
hordei mund. & contus. ʒj.
flor. ♀ris ſublimat. ℥ß.
aloës opt. myrrh. oliban.
mumiæ veræ ana ʒj.
Croci Auſtriac. ʒij.
ſem. urticæ mortuæ.
pulmon. cervi, vulpis, ana ℥ß.

ocul.

ocul. ♋. præpar. ʒij.
corall. rubr. præpar. ʒj.
margarit. præpar. ℈ij. gr. v.
ſpec. de gemm. frigid.
diatrag. frigid.
pulver-haly contra phthis.
C.C. præpar. ana ʒj.
terr. melitens.
ſacchar. ♄ni reſolubil. ana ℈iiij.

ſtent infuſa 3. ♂ρ. & deſtill. ex retorta vitrea, pro balſamo, qui cum aq. roſar. in qua radix ireos flor. infuſa fuerit, rectificetur, & ſervetur ad uſum.

Sgr. Balſamus antiphthiſicus vulnerarius.

Ex magmate relicto à deſtillatione, additis:

fol. pulmonar. gall. MX.
herb. hæder. terr. roris ☉.
millefol. flor. rubr.
ſanicul. alb.
tuſſilag. ana Mij.
rad. ſymphyt. mai.
tormentill. ana ℔j.

f. l. a. Sal. antiphthiſicum.

Nota medicamenta ex ♀re, quia exſiccant & abſumunt, non ſemper prodeſſe, niſi humectantia miſceantur.

Aquam caponum *Croco* honeſtatam, in phthiſi præſertim infantium præſcribit

Chri-

Chriſtoph. Wirſung, part. 2. cap. 5. & ex ipſo *Chriſtoph. Petri Collega noſter in ſuo aſylo Languent. f. 115.*

Ab extra:

℞. ℴℴ cheirin. amygd. d. ana ℥ ß.
mucilag. ſem. lini ʒvj.
lactis muliebr.
aq. ſublimat. limacum ana ℥j.
Croci ℈ij.
ceræ alb. q. ſ.

f. unguentum. *Feyneus l. 5. c. 7. f. 372.*

Aliud unguentum pectorale *Croco* inſignitum ubi dolores moleſtant, vide apud *Joan. Wittichium f. 264.*

℞. Mucilag. ſem. cydon. ℥ij.
butyr. rec. ℥iß.
pulver. irid. flor. ʒiij.
fol. becchis ſicci ʒij.
lact. muliebr. puellam enixæ ℥j.
ol. viol. ℥iij. *Croci* ℈j.
ceræ alb. parum.

f. linimentum tepidè pectori inungendum.

V.

Pleuritis.

TRicæ & ſpinæ hæc omnis vita. Sed ubi verius, quam in Pleuritide? Dum hæc inſtar ſpinæ pungentis, immiti, eoque continuo cruciatu torquet, & ſtrangulat

inclu-

incluſus dolor ejusdem atque cor æſtuat intus Ovid. 5. triſt. 1.

Eſt enim pleuritis inflammatio membranæ pleuræ cum febre acuta & continua, dolore lateris punctorio, ac tuſſi moleſta â ſanguine fervido extravaſato, vel ſtagnante, avolantibus ejusdem particulis ſpirituoſis ſubtilibus ac temperantibus ipſum ſanguinem, remanentibus verò acidis, acribus, & ſalſis, ortum ducens. *Pleuritis quid?*

Excellens remedium eſt pulvis *D.D.Marci Banzeri Decan. facult. Med. Witenberg.* quem *Crocus* ornat, *vid. Gammarolog. D.D. Sachs à Lewenheim f. 664.*

Ab extra ſequens proponit unguentum magiſtrale *Marcellus Cumannus in Syllog. Curat. & obſervat. Welschii*, quod præmiſſâ venæſectione laxat, & anodynum eſt: quo latus oppreſſum ſublevatur, dolor mitigatur, ſputum promovetur, & reſpiratio liberior evadit, nonnihil denique rarefactâ cute ſine ſenſu diſſipat, ac foràs exhalare facit, cum hîc nunquam repellentibus, vel etiam in principio locus eſſe poſſit, & :

℞. ol. amygd. d. ſeſamin.
violar. ana ℥iiij.
pingued. gallin.
butyr. rec. ana ℥ij.
ceræ alb. ℥iij.

Croci ℈ij.

M. Vel

℞. Pingued. anat. gallin. ana ℥iß.
butyr. rec. ℥j.
Croci ʒj.
ol. viol. ℥ij. ceræ alb. q. ſ.

f. unguentum. *Stockerus ex Barthol. Montagnana.*

Vel

℞. Unguent. reſumt. rec. ℥iiij.
ol. viol. amygd. d. ana ℥j.
Croci ℈j. M.

Feyneus Pract. l. 3. c. 8. f. 386.

Vel

℞. Unguent. dialth. ʒvj.
ol. Croci per inſolat.
chamomill. anodyn.
7. flor. Mynſ. ana ʒij.
medull. cervin. ʒiij.
pingued. muris montan. ʒiß.
extr. Croci gr. xiij.

ceræ parum f. linimentum pro inunctione lateris dolentis, ſuperponendo emplaſtr. diachyl. ſ.

Fomentum præſcribit *Wolffg. Gabelchoverus Cent. 1. curat. & obſervat. Med. curat. tertia f. 5.* ex lactis caprini vel vaccini quartario uno, in ſartagine fervefacto additis duobus cochlearibꝰ mellis deſpumat. &

Croc o

Croco qui lac benè tingat: lac verò in veſicam bubulam ſatis calidum poſitum, lateri dolenti adhibet.

Aliud in pleuritide ſpuria ad diſcutiendam materiam in muſculis exterioribus lateris collectam, idem Author ordinat, quod:

℞. Flor. chamomill.
melilot. ana Mj.
ſem. lini, fœnugræc. ana ℥j.
furfur. ℥ij. *Croci* ʒß.

bulliant in ſ. q. aq. font. ad tertiæ partis conſumpt. & decoctum in veſica bubula lateri dolenti admoveatur. A quo ſemel atque iterum calefacto & adhibito dolor adeò remittit, ut per totam noctem benè æger dormire poſſit. *cent. 1. cur. fol. 2.*

VI.

Peripneumonia.

Tyranni comicâ facie agunt Tragædias; & tunc maximè metuendi ſunt, cum vulpinam pellem induunt.

Habet quod timeat Medicus, ubi acutiſſimi lateris dolores videntur remittere, & ſibi abblandiri, febris verò & reſpirandi difficultas augeri, ita *Hipp. ſect. 7. aph. 11. ex pleuritide peripneumonia malum*; Quæ eſt inflammatio pulmonis cum febre acuta & continua, reſpirandi difficultate, tuſſi, & ſputo *Peripneumonia quid?* ſan-

ſanguine tincto, atque pondere in thorace, moleſto â ſanguine fervido in pulmonum ſubſtantiam effuſo, aut nonnihil ſtagnante, ortum ducens.

In hac affectione optimum remedium eſt venæſectio.

Quæ ſi ſpuria fuerit, tale præſcribit unguentum *Feyneus c. 9. l. 3. f. 393.*

℞. Succi marrub. depurat. ℥iiß.
ol. irini ℥j. butyr. rec. ℥iß.

Simul ferveſiant ad ſucci conſumptionem, & dum percolata fuerint, add:

terebinth. reſin. pini ana ℥ß.
pulver. rad. ireos ʒiij.
rad. becchi arefact. ʒij.
fol. hyſſop. ſicc. ʒiß.
Croci ʒiß.

M. f. unguentum, quo illiniatur tota pectoris regio.

VII.

Empyema.

Vitriolum in fodinis inventum nullam amplius ſpem facit foſſori venas metallicas proſequendi. Imitatur vitriolum pus Empycorum ſubcruentum, fœculentum, & fœtidum: adimit quippè hoc ſpem omnem ſectori ulterius tractandi curam, juxta edictum. *Hippocratis aphor. 44. ſect. 7. ſuppurati cum*

cum uruntur; aut ſecantur, ſi pus purum & album effluat, evadunt: quod ſi ſubcruentum, & cœnoſum, & graveolens fuerit, pereunt.

Eſt autem Empyema puris in cavitate thoracis collectio, ob pleuritidem progreſſam, vulnus, ictum, caſum, &c. exorta. *Empyema quid?*

Ad pus expectorandum:

℞. Rad. ireos præcoct. & contus. ʒij.
ſacchar. albiſſ. in aq. hyſſop. diſſol. ℔j.
Coq. ſimul, add:
amygd. d. mund. & infuſ. in aq. hordei ℥j.
granor. pini eodem modo infuſ. ʒß.
pulmon. vulpis arefact.
farin. orobi ana ʒij.
ſem. urticæ, hyſſop. ſicc. ana ʒiß.
ſucci glyzyrrh. pulveris.
ſem. fœnicul. contrit. ana ʒj.
Croci ʒß.

M. f. pandaleon, contineat frequenter in ore. *Feyneus l. 3. c. 10. f. 395.*

CAPUT XIV.

De Morbis cordis.

TRojanus equus ideò fefellit, quia formam Minervæ mentitus eſt. *Diogen. Laert.*

Mentitur ſæpè Syncope ſomnum ſuaviſſimum, ſicque adſtantibus imponit, ut quem naturali ſomno quieſcere credas, jam fatali ſomno oppreſſus dormit in omnes æternitates.

Hinc non inſcitè ſomnus imago Mortis, & illius Frater dictus eſt.

Syncope quid? Eſt autem ſyncope præceps, & ingens virium lapſus, ex caloris & ſpirituum defectu cum ſudore frigido, â dolore, morbo gravi, veneno, malignitate, ſuppreſſione menſium, vulnere, venæſectione, vel cohibita ſanguinis circulatione, &c. ortum ducens.

Famigeratiſſima hîc eſt aqua cordis cervi *clariſſ. D. Engelhardi Archiatri Anhaltina*: ut & aqua cordis cervi *clariſſ. D. Behr Argentoratenſis Croco* conſpicua: quarum deſcriptionem *vid. in Elaphographia Excell. D. D. Grabbæ Collegæ & Pegaſi noſtri meritiſſ. f. 227. & ſeqq.*

Vel

℞. Aq. è typhis cervor. tenell. ℥ij.
melifſ. c. vino ℥j.
cinam. borragin.
carbuncul. ana ℥ſ.
arcani, ſeu quintæ eſſent. Croci ℈ß.
ſyr. gemmat. ʒiij. M.

Sgr. Köſtliches Hertz-waſſer / in cauſa frigida.

Vel

Vel

℞. Vini rhenan. generoſ. ℥ij.
aq. cinam. borrag.
elixir vitæ Matth. ana ℥ſ.
eſſent. ambræ
quintæ eſſent. Croci ana ℈ſ.
Miſce.

℞. Aq. è typhis cervor. tenell.
ſcorzoner.
acetos. hiſpan. rotundifol.
borrag. frig. ſaxon. ana ℥j.
quintæ eſſent. Croci ℈ß.
ſpir. rubi. idæi, fragor.
ceras. nigr. ana gt. v.
ſyr. de toto citro ℨiij.
M.

Sgr. Hertzwaſſer in cauſa calida.

Pulverem cordialem, & calorem ſopitum ſuſcitantem cum *croco vide in Prax. Med. Feynei l. 3. c. 2. f. 324.* ut & pulverem cordialem *croceum in meth. med. ſpec. Guerner. Rolfincii f. 703.*

Ubi ſyncope â ſuppreſſione menſium oritur, mirè opitulatur *Croci eſſentia.*

Ab extra:

℞. Aq. roſar. ℥iij.
vini odorif. ℥ij. aceti roſ. ℥j.
ſucci pomor. redol. vel limon. ℥ß.
garyophyll. ℨj. *Croci* ℈j.

 M. pro

M. pro epithemate ad pulſus & cor: *Felix Platerus Prax. Med. f. m. 481.*

℞. Aq. meliſſ. c. vino deſtillat.
borrag. bugloſſ. ana ℥ij.
carbunculi ℥j.
ſpec. cordial. temperat. ʒiß.
pulver. Croci ℈ß.

M. f. epithema: cordi imponendum in cauſa frigida.

℞. Flor. citri rec. vel ſicc.
roſ. rubr. borrag.
bugloſſ. tunicæ
calendul. ana p. iſ.
Croci ℈ij.
fol. meliſſ. citrat. Mß.
ſem. meliſſ. ocymi ana ℈ß.
ſpec. cordial. temperat. ʒj.
flaved. cort. citri rec. ℥iij.

f. l. a. c. ſyndone ſacculi interpaſſati cordiales, aſpergendi ſpiritu roſar. vel aqua carbunculi.

II.

Palpitatio cordis.

PEregrini exercitus, quia exorbitantes & inſolentes, ita plerumque ſunt odioſi.

Non diſſimili modo peregrini flatus ex utero, liene, aut ventriculo regiam cordis ſubintrantes, quia tumultuarii, ita odioſi ſunt,

ſunt, & à motu cordis valido (qui ſæpè coſtas frangit) impetuosè expelluntur.

Et eſt cordis palpitatio inordinatus & nimis vehemens cordis motus, ab expultrice facultate irritata, ob vapores, lympham copioſiorem in pericardio exiſtentem, vermibus, vel calculo, malignitate, &c. ortum ducens. *Palpitatio cordis quid?*

Mirè ſubvenit ſequens aqua:

℞. Corda porcor. recent. exempt No. iij.
cervor. No. ij.
Incid. minutim, adde:
flor. borrag. rec.
tunicæ. meliſſ. ana ℥iß.
anthos, citri rec.
aurant. rec.
Croci Auſtr, ana ℥ſ.
fol. meliſſ. Miß.
ſem. ocymi cariophyllat.
dauci, citri ana ʒiij.
flaved. cort. aurant. ʒiß.
macis ʒij. ſantal. omnium ana ℈ij.
aq. borrag bugloſſ. meliſſ.
calendul. ana ℔j.
vini alb. generoſ. ℔iß.
f. infuſ. ſ. a. per hor. 24. dein ex B. M.
Deſtilla diligenter, deſtillato adde:
confect. alkerm. c. vel ſ. moſch. ʒvj.
Stent infuſa vitro clauſo ad tincturæ rubræ

 extra-

extractionem, quæ filtrata ſervetur ad uſum.
Sgr. Sonderliches Waſſer gegen das Hertzklopffen.

Vel

℞. Aq. cord. cervi compoſ. ℥ij.
è typhis cervor. tenell.
meliſſ. c. vino
cinam. borraginat.
carbunculi, flor. aurant.
citri, roſ. fragr. ana ℥ß.
confect. alkerm. ʒj.

Stent infuſa vitro diligenter clauſo ad tincturæ extractionem, cui decantatæ add:
tinctur. corall. c. ſpir. cord. cervi præpar. ʒiß.
quintæ eſſent. Croci gr. xv.

M.

Sgr. Hertzwaſſer.

Clariſſ. Mœbius in Anatom. Camphoræ c. 17. f. 79. in cordis palpitatione & tremore propinat guttulas aliquot ol. camphoræ in aq. borragin. bugloſſæ: & cordis regionem illinit unguento pomadæ, aut butyro non ſalito, vel oleo roſaceo, *Croco*, & camphora, ana mixtis.

Si malignitas ſit cauſa:

℞. 🜔 ſcorpion. Matth. ℥ß.
ſucci limon. ʒij.
theriac. opt. ʒiß.

ſpec.

ſpec. cordial. temperat. gr. xv.
camphor. c. ſucco limon. ſolut.
extr. Croci ana ℈ß.
℅ citri gt. v. ceræ parum.
M. f. unguentum.

In tremore cordis:
℞. Doronic. off. de c.c.
been utriusque ana ʒiß.
ſantal. ambor.
ſpodii, lambruſci,
corall. ambor. ana ʒij.
roſar. ʒiij. farin. hordei ℥iiiß.
Croci ℈j.
ol. de Croco ℥ſ.
aq. bugloſſ. ℥iß.
vini malvat. cyath. j.
reſinæ ʒij.
f. emplaſtrum. *Empyrica Ferd. Epiphanii fol. 417.*

CAPUT XV.

De Morbis ventriculi.

TAntus ſæpè ardor, infeſtat ſtomachum, ut ardentem carbonem ſubſtratum jurares. Si hominis ventriculus

ea appeteret, iisdemque veſceretur, quibus avis Eme ex Japponia, forte minus miraremur, ceu quæ non tantum quidquid rerum eſculentarum illi objicitur, verum ignitos etiam carbones deglutire ſolet, ita *Joann. Pinicerius l. 1. ænigm. 30. f. 81.*

Ardor ſtomachi quid? Eſt autem ardor ſtomachi aſcenſus vaporum acrium calidorum, â fermento ventriculi vitiato, vel humoribus bilioſis, calidis, acribus, ortum ducens.

Contra hunc ſtrenuè pugnant rotulæ cum *Croco Philipp. Grylingii l. 3. Pract. c. XII.* deſcriptæ.

Vel

℞. Cratæ alb. nuc. moſch. ana ʒij.
Croci ℈ß.
ſacchar. q. ſ. diſſolut. c. aq. menth.
f. rotulæ. *Mullerus Myſter. & Miracul. chymic. fol. 83.*

Aliud in ardoribis ventriculi, & hemicrania, ut certiſſimum remedium proponit *Petrus Poterius Pharmac. ſpagyr. f. 552. &*:

℞. opii chymicè præp. ℥ß.
♁nii diaphor. ʒij.
ambræ gryſ.
Croci or. ana ʒß.
moſch. ℈j.
C. ſyr. de papaver. f. maſſa. doſis gr. vij. ad gr. xij.

II. Ano-

II.

Anorexia, ſeu inappetentia.

TUrpiſſima eſt inſurgentium in Principem ſuæ dignitatis authorem perfidia, ingrati animi, malæque fidei notâ fœdatum crimen, & juſtiſſimæ indignationis, odiique Principis materies, fueruntque ſemper conſpirationes infelices ipſis authoribus, eorumque conjunctis.

Sic aliquando indignatæ contra ventriculum reliquæ corporis partes, quod ſuâ curâ, labore, ac miniſterio illi omnia quærerent, ipſum verò in medio quietum nihil aliud, quam datis voluptatibus frui; conſpirarunt inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent; Sed dum ſic ventriculum domare vellent, conſpirantia membra brevi ad extremam tabem devenere. Confirmat quotidiana experientia, ubi ventriculus non appetit, totum corpus contabeſcere.

Eſt autem inappetentia appetitus deperditus, ob fermentum ventriculi obtuſum, ab humoribus inibi redundantibus, ac corrugationem membranæ ventriculum ſuccingentis prohibentibus, ortum ducens. *Anorexia quid?*

Exper-

Experta eſt ſequens noſtra tinctura ſtomachalis:

℞. *Croci*, myrrh. aloës ana ʒß.
cort. aurant. ʒij.
nuc. moſch. ʒj.
rad. aronis ℈ij.

Tinctura ſtomachalis experta. conſerv. flor. tunicæ ʒiiß. confect. alkerm. complet. ℥ß. elixir vitæ Matth. ℥x. irrorentur ſpecies ſpir. ⊕li philos. ℈ij. & ſtent infuſa vitro clauſo, ut omnis tinctura extrahatur, quæ poſteà coletur, & filtretur, addendo:
eſſent. ambr. liquid. ℈ß.
Servetur in vitro.

Ad incidendam pituitam ſequens adhibet *Fabricius Hildanus Chirurg. Obſervat. 32. cent. 5. fol. 314.* quod:

℞. Cinam. *Croci*,
macis ana ʒij.
ſacchar. ℥iiij.
M. Doſis cochl. j. c. juſculo.

Vel

℞. Cinam. glyzyrrh. ana ʒj.
galang. ʒß. coriandr. præp. ʒj.
nuc. moſchat. cubebar. ana ℈j.
rad. pæon. iridis ana ʒj.
ſummit. hyſſopi, origani ana piiij.
ſem. fænicul. aniſi ana ʒij.
Croci ℈ß. zingib. ℈j.
ſacchar. opt. ℥j.

M. f.

M. f. pulvis ſubtiliſſimus.
Sgr. Triſeneth in anfang der Mahlzeit/*Rolf. in meth. ſpec. l. 9. Sect. 1. c. 2.*

Ab extra ad ventriculum & cor roborandum:

℞. ○○ menth, ſcorpion. ana ℥iij.
nuc. moſchat. ʒvj.
garyophyll. ℈ij.
Croci or. ſubtiliſſ. pulveriſ.
C. C. uſti & præpar. margarit. præpar.
confect. alkerm. ana ʒj.

M. diligenter in mortario, f. linimentum, quod reſervetur in vaſe vitreo, inungatur cordis & ventriculi regio ſæpius. *Fabricius Hildanus obſervat. Chirurg. f. 314.*

III.

Singultus.

NOn Apollinis magis verum eſt, atque hoc divini Dictatoris oraculum & doctrina, Mercurii quadraturâ ſtabilior: ubi ex copioſo ſanguinis fluxu convulſionem aut ſingultum contingentem malum eſſe dixit, *aphor. 3. ſect. 5. & aphor. 4. ſect. 5.* Ita quoque ex profuſa purgatione convulſio, aut ſingultus ſuccedens malum. Mali etiam ex vomitione ſingultus, & oculi rubentes *aphor. 3. ſect. 7.* Nec ſi ſenibus ultrà modum purgatis accidat bonum. *aphor. 41. ſect. 7.*

Eſt

Singultus quid?

Eſt autem ſingultus motus depravatus ventriculi orificii ſuperioris, ab expultrice irritata ob fibras ventriculi aſcendentes affectas, â vermibus, humoribus pituitoſis frigidis, bilioſis, inanitione, fructibus crudis, flatibus, malignitate, &c. ortum ducens.

In ſingultu â repletione ex cauſa frigida, ut humores peccantes è ventriculo eliminentur, prodeſt vomitorium ſupra *cap. de morbis pectoris* §. 2. *notatum.*

Et ſi malum perſeveret humores præparandi ſunt:

℞. *Hydromel. Crocat.* ℥ij.
oxymel. ſ. ℥j.
ſyr. de cort. citri ℥ſ.

M.

Commendabile hic etiam eſt electuarium cum *Croco Gordonii cap. de ſingultu* deſcriptum.

Sequens etiam in pertinaci malo omnia complet:

℞. Maſtich. roſ. rec.
ſpicæ nardi, *Croci*,
ſem. endiviæ ana ℥ß.

M. *Feyneus in Pract. Med. l.* 4. *c.* 8. *f.* 481.

IV.

Nauſea.

Turpe eſt inventis frugibus glandes devorare

rare velle. Mirum ſanè primos Parentes noſtros, dum florida Tempe poſſiderent, in ſuperabundanti illo eſculentorum luxu ſola poma elegiſſe, eademque nefando auſu contra DEI mandatum deguſtaſſe. Debuiſſent namque illa movere nauſeam, quæ præſentem tum animo, tum corpori labem inferre apta nata erant.

Et eſt Nauſea inane vomendi deſiderium eorum, quæ in cavitate ventriculi continentur. *Nauſea quid?*

Frant. Baco de Verulamio Hiſt. vit. & mort. f. 121. Sacculum *Croci* ventriculo applicat, qui morbum & nauſeam navigantium tollit.

Caput XVI.

De Morbis inteſtinorum.

I.

Hernia.

TAnta quondam Sybaritarum fuit mollities, ut nullum opificium in civitate admitterent, quod cum ſtrepitu exerceretur. Hinc nec gallum gallina-

ceum alere fas erat, ne quid eſſet, quod ſomnum interrumperet. Quam mollitiem, iter faciens per agros confirmavit Sybarita, ubi quoſdam fodientes cum videret, dixit ſe ſpectando illos herniam ſeu rupturam capere. Eſt autem hernia tumor elevatus inteſtinorum, aut omenti, aut utriusq; ſimul conſequens ſolutionem continui ſolius peritonæi, ab humoribus roriferis per ductus lymphaticos in totum corpus & abdomen diſſeminatis, ipſumque peritonæum laxans vel rumpens, aut â clamore, reſpiratione retenta, caſu, &c. ortum ducens.

Theatr. vitæ human.

Hernia, quid?

Hoc in affectu, ubi flatus redundaverint, valet ſequens clyſter, qui:

℞. Decoct. carminat. uſit. ℥vj.
elect. è baccis lauri
hier. picræ ana ʒvj.
extr. croci gr. x.

M. f. clyſter.

Foreſtus has præſcribit pilulas.

℞. Cinam. *Croci*,
cubebar. maſtich.
aſari, ſpicæ ana ℈ij.
aloës opt. ℥iß.

Pulveriſentur per ſe, & c. ſyr. roſ. q. ſ. f. pilulæ laxantes. doſis ʒj. hor. 1. ante cœnam.

II. Ver-

II.

Vermes.

CUm morietur homo, hæreditabit ſerpentes, beſtias, & vermes. *Eccleſiaſt.c.10.* ſed hujus veritatem adhuc vivi experimur, ubi integra vermium ſeminaria multorum, & penè incredibilium morborum cauſæ in corpore noſtro etiam nobis ſæpè inſciis hoſpitantur.

Vermes quid?

Et ſunt animalia in inteſtinis, vel alia corporis parte, â putredine ob humores corruptos, exorta.

Ad hæc necanda, & eliminanda ſequens pulvis eſt ſpecificus.

Pulvis ſpecificus ad necandos vermes.

℞. Rad. gialapp. *Croco* tinct.
☿rii dulcificat.
pulver. viperar.
C. C. phil. præpar.
pulver. corallin. ana ℈i.
Croci, myrrhæ ana ℈ß.
ol. heraclin. rectif. gt. vj.

M. f. pulvis. doſis ℈j. ad ʒß. lunâ decreſcente exhibendus: ubi præ aliis Jovis diem ad felicem eorundem expurgationem commendat, *Frid. Hoffman in meth. med. eruditiſſima.*

Ab extra umbilicus inungatur hocce linimento:

℞. Pulver. a ☉'s, myrrh.

Croci ana ℈ij.
fellis bovini ℈iiij.
pulver. colocynth. ʒß.
ſucci abſynth. inſpiſſat. ℈j.
C. ℴℴ abſynth. & diacolocynth. Q. atque ceꝛa q. ſ. f. linimentum.
Vel applicetur umbilico ſequens, quod:
℞. Ol. rutæ
aloës, corallin. ana ℥j.
herb. abſynth. maſtich. ana ℥ß.
coriandr. præpar. ʒiij.
farin. ſiligin. ℥iij.
lupinor. ℥j.
Croci ʒj.
ex his omnibus f. pulvis, & incorporetur c. ſupradicto oleo, add: fel. aſchii piſcis q. ſ.
Vel inungantur ventris partes primo butyro & melle, & ſequens ceratum deſuper applicetur.
℞. Theriac. el. ℥j.
lumbr. terr. contus. ʒj.
coriandr. præpar. ℈iiij.
fell. taurini. ℈ij.
myrrh. aloës,
Croci ana ℈j.
aceti acerr. parum.
M. incorporentur lento igne, & imponantur ad formam cerati. *Feyneus l. 4. Pract. c. 30.*
℞. Mithridat. ℥j.

myrrh.

myrrh. aloës,
Croci ana ʒj.
C. cera, & pice, & oleo amygd. amar. f. ce-
ratum. *idem f. 579.*

Vel

℞. nigell. ʒj. aloës,
corall. rubr. ana ℥ij.
abſynth. ℥ß. maſtich. ʒiij.
coriandr. præp. ℥j.
f. pulvis; incorporetur c. ℥iij. farin. ſilig. & ʒvj. farin. lupinor. *Croci* ʒj. ſucci rutæ ℥ij. ol. ſuccini ℥ iij. f. emplaſtrum pro vermibus, quod ſupra ſtomachum ponatur. *Epiphanius in Empyrica f. 411.*

III.

Hæmorrhoides cæcæ.

In hodiernum usque diem inter Medicos agitatur quæſtio, num aloë aperiat venarum orificia, & maximè earum, quæ in ano ſunt: an verò earundem abundantiam ſiſtat. *An aloë hæmorrhoides aperiat?*

Et ſicut primæ opinionis eſt *antiquiſſimus Serapio de med. ſimpl. c. 201. Meſue de med. benedict. c. 1. Fallopius in tr. de ſimpl. med. purg. c. 2. Fernelius l. 5. meth. med. c. 7. & Scaliger ad Cardanum exercit. 160. diſtinct. tertia, & alii.*

Ita contrarium tenet *Dioſcorides de re med. c. 2. Plinius l. 27. cap. 4. Galenus l. 6. de ſimpl.*

ſimpl. med. facult. c. 25. & alii: ut & Joann. Manardus, Joan. Bapt. Theodoſius, Leonardus Fuchſius, Franciſc. Valleſius, Jacob. de partib. Sebaſtian. Montanus. Jacob. Sylvius, aliique.

Sed facilè conciliatur hæc lis inter viros doctos, ſi aloëm foris appoſitam venas, ſanguinemque ex iis manantem cohibere: intrò verò ſumptam easdem, maximè hæmorrhoidalium recludere dixerimus.

Hæmorrhoides cæca quid? Sunt autem venæ hæmorrhoidales cæcæ, tumores, & extuberantiæ venarum, quæ in podice ſunt, ob copiam ſanguinis, vel craſſitiem ſtagnando, extremitatesque earundem diſtendendo, ortum ducentes.

Ad horum dolorem, & ardorem *Carolus Widmannus* tale præſcribit:

℞. Ol. amygd. d. ſeſamin.
butyr. rec. ol. roſ. verbaſc.
medull. cruris bovis,
ol. anſerin. gallin. ana ℥j.
vitell. ovor. No. Xiiij.
Croci or. ℈iiij (qui valdè prodeſt)
opii thebaici gr. X.
ceræ alb. ℥iiß.

f. l. a. unguentum, calidè applicandum. *Tr. de peſte f. 131.*

Vel

℞. Axung. gallin. ℥ſ.

pulp.

pulp. pomor. coct. ſubciner. ℥j.
Croci or. ʒß.
unguent. popul. ℥ß.
vitell. ovor. No. I.

f. linimentum. *Riverius Prax. Med. ut & Mullerus Myſter. & Miracl. Chym. f. 87.*

Vel

℞. Mucilag. ſem. pſyllii &
cydon. c. aq. verbaſci extr. ana ℥vj.
Croci pulveris. ʒß.
vitell. ovor. No. I.

ol. linariæ, & ſcarabæi, atque ceræ q. ſ. f. linimentum.

Vel

℞. ol. roſ. ℥j.
vitell. ovor. No. I.
Croci ʒj.
butyr. rec. ℥iß.
lact. muliebr. ℥ij.

f. linimentum, ovi luteo, ac oleo roſar. exactè commixtis, addito *Croco*: & fervente, acerbius doloris vehementiâ, additis opii gr. iij. agitentur in mortario plumbeo aliquantulum, f. unguentum. *Feyneus Prax. Med. fol 585.*

In vehementi dolore:

℞. Unguent. popul. ℥ß.
ol. papav. ℥j. opii ℈j.
Croci ℈ß.

M. c. ovo integro.

Vel

℞. *Croci*, myrrh.
lycii ana ℈j.
opii ʒß. ol. roſar.
mucilag. pſyllii vitell. ovor. q. ſ.
f. unguentum molle. *Empyrica Epiphanii f. 481.*

Plura unguenta ex *Croco* ad dolorem leniendum *vid. Pract. Feynei f. 585.*

Vel

℞. Poma dulcia diſſecta
ſublatis interaneis

Coq. in 🜖 ſem. lini vel violar. add: micæ panis albiſſ. parem quantitatem, quæ omnia ſimul contuſa in formā cataplaſmatis reducantur, addito ovi luteo & *Croci* ℈j. *idem fol. 586.*

Excellens ſequens eſt:

℞. Chamomill. rad. alth.
melilot. tapſi barbat. ana Mj.

Coq. donec. inſpiſſentur, add:

vitell. ovor. elixat. No. II.
Croci, myrrh. aloës ana ʒj.
farin. fœnugræc. lini ana ʒvj.
butyr. ſ. ſ. q. ſ. f. emplaſtrum;

addi etiam poteſt opii ʒj. *Epiphanius in Empyrica f. 414.*

IV.

Hæmorrhoides fluentes.

QUibus fluunt hæmorrhoides, raró nocturno ſomno polluuntur, & parum ſpermatizant. *Albert. Magn. de animal.l.15. tr. 2. cap. 7.*

Et ſunt hæmorrhoides fluentes venarum hęmorrhoidalium apertio à copia ſanguinis, aut mordacitate ac acrimonia ejusdem ortum ducens. *Hæmorrhoides fluentes quid?*

Præter væneſectionem, quæ præ aliis ferè omnibus remediis excellit, ſequens *Daniel Angelus* commendat, quod:

℞. Sem. cydon. ℥ij.
pſyllii ℥j.

conquaſſat. & c. ſ. q. aq. plantag. f. mucilago, cui add:

extr. opii in ſ. q. lactis caprin. ſolut. ℥j.
Croci ſubtiliſſimè pulveriſat.
oliban. Myrrh. ana ℈ij.
ſacchar. ♄ni reſolubil.
terr. vitriol. dulcis.
Croci ♂. camphor. in ol. ovor. ſolut. ana ℥j.

M. illiniatur pars affecta: *append. de compoſ. Med. c. 4. f. 37.*

V.

Dyſenteria.

Miaſmata excrementorum dyſentericorum alios inficere extra dubium eſt.

Fortè hoc Hebræis prævifum *Deuteron.27* locum habebis extra caſtra, ad quem egredieris ad requiſita naturæ gerens bacillum in baltheo, cumque ſederis, fodies per circuitum, & geſta humo cooperies, quo relevatus es.

Imitantur ex indita natura id ipſum Catti, & quanto poſſunt ſtudio, ventris excrementa, vel attracto, ſi copia adſit, pulvere ſepeliunt, aut aliâ quâpiam re occultant.

Dyſenteria quid? Et eſt dyſenteria dejectio alvi frequens ac cruenta, cum doſore ventris & inteſtinorum, quam excrementa per ſeceſſum modo ſpumoſa, modo racemoſa comitantur, ab acribus humoribus, malignitate, fructibus crudis & corruptis, &c. ortum ducens.

Præſtantius in hoc affectu non invenitur, *ipſâ eſſentiâ Croci. vid. Zwölffer. in Pharmacop. Reg. f.231.*

Vel præmiſſis præmittendis ſequentes pilulæ:

℞. Extr. tormentill.
☋ rhabar. ana ʒj.
ſpongiæ pice imbut. & in ollula uſtæ,
oſſis

oſſis ſæpiæ uſti.
cort. ovor. indurat. ablatâ pelli-
cula interiore ana ℈j.
extr. Croci ℈j.

C. tinctura hæmatit. aut Smaragd. vel liquore ſtiptico Prævot. f. pilulæ inſtar piſi minoris.

Vel

℞. C. C. chymicè præpar.
terr. ſigillat. ana ʒiij.
rad. tormentill. boli armen.
maxill. lucii piſcis ana ʒij.
ſem. acetos. plantag.
macis ana ʒj.
Croci ℈j.

M. f. pulvis. *Thom. Bartholinus in ciſta Med.*

VI.

Tenesmus.

Morbus nobis moleſtus eſt, quia nihil in nobis habet domeſticum, ſed eſt penitus alienus. *Plotin. enn. 5. l. 8. c. 11.*

Moleſti & penitus alieni naturæ ſunt humores heterogenei, quos eadem ut minus domeſticos & familiares quoquo modo ſemper expellere conatur.

Contingit hoc in Teneſmo: qui eſt aſſidua excernendi per alvum cupiditas cum dolore, ubi nihil, vel pauca mucoſa, vel *Teneſmus, quid?*

ſubcru-

ſubcruenta dejiciuntur, â ſalſis præcipue humoribus, aut nimiâ refrigeratione, vel aſcaridibus, &c. ortum ducens.

Brunerus in Conſil. 50. f. 287. in contumaciſſimo Teneſmo, hoc ſuppoſitorium applicat:

℞. Lycii, thuris, *Croci*,
gumm. arabic. ana ʒß.
opii ℈ij.

f. ſuppoſitoria c. filo, ultra horam in inteſtino non relinquenda.

Vel

℞. Lycii, *Croci* ana ʒj.
ceruſſ. lot. in aq. plantag. ʒij.

pingued. de renibus caponum q. ſ. f. ſuppoſitorium, quibus filum alligetur, ut poſt horam elapſam iterum eximi poſſit.

Vel

℞. thuris, myrrh. lycii ana ʒij.
opii ʒj. *Croci* ℈j.

C. mucilag. pſyllii & vitell. ovi ana q. ſ. f. ſuppoſitoria parva & ſubtilia. *Ferd. Epiphanius in Empyrica f. 476.*

VII.

Diarrhæa.

FAbuloſum eſt, quod de corvo dicitur, eum ob mendacium commiſſum ſiti damnatum, quam diu ficus lacteus eſſet. Hincque

que frequentiores ejus crocitus venturæ pſuviæ indicium præbere. Corvos tamen ſiticuloſos eſſe extra controverſiam eſt, nec absque cauſa, ubi per ſexagenos æſtatis dies ultro potu abſtinent, quibus ventris profluvio laborant, ut illi incommodo obviam eant, alvumque ſiſtant.

Eſt enim potûs abſtinentia ſingulare diarrhææ remedium: quæ eſt frequens alvi profluvium cum vel ſine dolore, â vermibus, vel aëre frigido, lacte corrupto, cibis corruptis, catarrho, aut humoribus bilioſis acribus, vel ſalſis ortum ducens. *Diarrhæa quid?*

In diarrhæa ſymptomaticá præmiſſâ congruente humoris peccantis evacuatione, quod purgando adſtringat *Stockerus in Empyrica f. 100.* tale immittit ſuppoſitorium.

℞. *Croci*, myrrh. thuris, ana ℈ij.
lycii, hypocyſtid. acaciæ ana ℈iiß.
maſtich. el. ℈j.
opii ℈ß.

C. ſ. q. mucilag. ſem. pſyllii f. ſuppoſitoria parva in longitudinem digiti, filo appenſo ano ſucceſſivè immittenda.

VIII.

Colica.

Vetus obſervatio: Habenti flatus in peregrinatione adverſos, illius negotia diffi-

culter

culter procedere ; Quod in bello maxim
verum non rarò deprehenſum eſt.

Vita noſtra peregrinatio eſt, nec quis tan propitio Jove natus, cui non cum plurimi corporis noſtri hoſtibus, adverſis eheu! ſæpè avibus, dimicandum ſit: inter quos non minimus eſt Colica, diu noctuque excrucians, & ad extremum usque dilanians atque conficiens, adverſis ut plurimum flatibus comitata.

Colica quid? Eſt enim Colica dolor inteſtinorum ex ingrato fibrillarum inteſtini coli motu ad cerebrum & ſenſorium commune delato á tartaro mucilaginoſo ſalino-nitroſis particulis imprægnato, flatibus, vermibus, pituita, lapillis, tumoribus, vel cibis crudioribus ſtipticis &c. ortum ducens.

Præter ſimpliciſſimum illum clyſterem noſtrum crocatum ſupra *cap. de uſu præpar. Croci* notatum, hic quoque, ſingularis, & anodynus eſt, qui:

℞. Rad. alth. lil. alb. ana ℥j.
flor. chamomill. rom.
verbaſci, malvæ,
ſambuci ana Mj.
Coq. in lact. ſ. q. in colæ ℥viij diſſolv.
extr. caſtor.
Croci ana ℈ß.
vitell. ovor. No. I.

M. f.

M. f. clyſter.

Horum loco ab intro juſculum vini purgans Crocatum ſumi poteſt : cujus deſcriptionem vid. *in Tartaro-Maſtige Moraviæ meo c.9.f.60.*

Cæterum *ſpir. Croci* tam ſimplex quam compoſitus ut in aliis, ſic in hoc affectu eſt ſingularis operationis tam intra, quam extra uſurpatus.

Spiritus Croci compoſitus hic eſt. *Spir. Croci compoſitus.*

℞. *Extr. Croci vulgar.* ℥j.
tinct. ♀ri.
ſpir. ſal. armon. ſalſi ana ℥ij.
fol. auri No. LX.
confect. alkerm. q. ſ.

M.

Pilulas vehementiſſimas cum *Croco* deſcribit *Feyneus Pract. l.4. c.22.*

Vel

℞. inteſt. lupi in vino generoſo lot. & in clibano non admodum urente exſicat. ʒij. C. C. uſti & aq. abſynth. lot. ʒj.
cumin. galang. ana ℈ij.
ſtercor. lupi reſiccat.
cinam. ana ʒß.
piper. zingib. *Croci* ana ℈ß.
ſacchar. ad pondus dimidium. *idem f.533.*

Vel ſequens pulvis, qui eſt ſpecificus:

℞. Te-

pulvis ſpecificus. ℞. Teſticulor. equi vino lot. & exſiccat. in clibano.
inteſt. lupi eodem modo præpar.
ſtercor. ejusdem quod terram non tetigit. ana ℈j.
pulver Croci ℈ß.

M. f. pulvis pro 2. doſibus in vehiculo conveniente ſumendus.

Vel

℞. flaved. cort. aurant. dulc.
ſem. aniſi
rotul. noſtr. Crocatar. ana ʒj.

M.

Sgr. Pulver gegen das Reiſsen.

Vel

℞. Confect. aniſi fænicul.
carvi, cumin.
Croci ſ. anima ana ʒj.

M. in ſcatulam.

Sgr. Confect. gegen das Reiſsen.

℞. Syr. de menth.
aq. menthæ fænicul. ana ℥iß.
quintæ eſſent. Matth. Auguſt. ʒvj.
Spir. Croci ʒß.
nitri gr. x.
nepenth. Q. gr. ij. M.

Sgr. Mixtur gegen das Reiſsen / löffelweiß zunehmen.

Aquam in colica ſpecificam, & hactenus nobis

nobis reſervatam, publicam facimus, quæ hæc eſt: *Aqua ſpecifica in colica.*

℞. Stercor. columbin. mund.
ſem. aniſi ana Miiij.
vini opt. Mens. iiij.

Digeſtis per dies aliquot, adde:
flaved. cort. aurant. d, & rec. ℥ij.
Croci Auſtriac. ℥ſ.

Deſtillentur ex B. M. ſuſpenſo in roſtro alembici *Croci Auſtriac.* ℈ß. & ſi lubet moſchi gr. v. Servetur in vitro benè clauſo.

Sgr. Aqua anticolica.

Vel

℞. *Aq. anticolicæ prædict.* ℥j.
ſpir. zedoariæ gt. vij.
ſal. ſuccini volat. gr. v.

M.

Sgr. Wäſſerle gegen das Reißen.

Ab extra, ubi dolores atrociſſimi infeſtant.

℞. Fol. parietar. hyoſcyam. ana Mj.

Coq. & contund. contuſis add:
pulver. flor. chamomill.
farin. ſem. lini, fœnugræc. ana ℥ß.
Croci ʒß. opii ℈ß. vel ℈j.
vitell. ovor. No. III.
ol. de papav. ℥ij.
chamomill. aneth. ana ℥j.

f. cataplaſma, caute tamen applicandum. *Sennertus.*

Vel

Pulmentum pro infantibus familiare.

℞. Pulment. ex farin. ſecalina cum lacte præpar. ℔j.
add:
pulver. *Croci* ʒij.
ol. rutæ ℥j.
chamomill. aneth.
anagallid. 7. flor. ana ℥ß.
M.

Sgr. Köchel gegen den reiſſen über den Leib warm auffzulegen: pro infantibus maximè familiare nobis pulmentum.

℞. Rad. hyoſcyami (quæ etiam collo ſuſpenſa juvare dicitur) ℥j.
capit. papav. alb. No. IV.
pomor. mandragor. vel rad. ejusdem ℥ſ.
anethi flor. chamomill. ana pij.
ſpicæ ʒj.
Croci ʒß.
f. decoctio in aq. ad quartæ partis conſumptionem: foveatur pars affecta. *Feynens fol. 536.*

Caput

CAPUT XVII.

De
Morbis Hepatis.

I.
Inflammatio Hepatis.

PRæſtat maturius bellum diſſolvere, & componere, etiam dum adhuc aliqua ſpes gerendi & evadendi nobis ſupereſt. *Thucydides l.7. de Nitia in Sicil. obſtinat.*

Inhibenda ſtatim Hepatis inflammatio, & laborandum, ne in ſuppurationem abeat.

Hepatis namque inflammatio malum periculoſum, & plerumque lethale eſt. *Galen. 10. med. meth. c. 5.*

Et eſt Hepatis inflammatio tumor ejusdem calidus, à ſanguine in ſubſtantia hepatis ſtagnante cum febre continua, dolore gravativo, ſenſuque ponderis in dextro hypochondrio affligente, exortus. *Hepatis inflammatio quid?*

Ubi diſcutiendum eſt:

℞. Comar. abſynth. nardi celtic.
   aſari, *Croci* ana ℥ij.
   irid. myrrh. ſtyracis.
   bdellii, ammon. ana ℥ß.
   medull. cruris vituli ℥j.

cerat. lentiſcini ℔j.

M. *Feyneus Prax. Med. fol.459.*

Ubi reſolvendum, emolliendum, & robo-randum:

℞. Aloës, ſtyrac. ana ℥j.
maſtichis ℥ſ.
flor. chamomill.
melilot. ana ʒvj.
rubiæ, aſari, calam. odorat. ana ℥ß.
ſem. apii, petroſel. ana ʒij.
ſpicæ, *Croci* ana ʒ ß.
roſarum ℈ij.

ceræ & ammon. ana ℥iij. propol. ℥iß. ol. lil. irini ana q. ſ. cera in 🜄 liquefiat, dein propolis & ammoniacum 🜊to diſſolutum addantur, iis reliqua trita M. & f. ſ. a. emplaſtrum: quod impoſitum parti, tumorem diſcutit. *Feyneus lib.4. c. XII.*

Ubi ad ſuppurationem tendit:

℞. Rad. alth. decoct. ℔ß.
farin. hordei. ℥ij.
ſem. lini, fœnugræc. ana ℥j.
adipis anſeris, anatis ana ℥iß.
cyperi, ſchænanth. ana ℥ß.
ſpicæ, *Croci* ana ʒj.

ammon. in ol. lil. ſolut. & ceræ ana ℥j. concinnetur emplaſtrum: adeps & cera liquentur in 🜄: iis althea tuſa adjiciatur, dein ammoniacum, poſtremo reliqui pulveres. *idem fol.460.*

II. He

II.

Hepatites, ſeu imbecilitas Hepatis.

Negligentia inquirendi ſuſpectos,&nimia confidentia perdidit plures Principes. *Petr. Gregor.Tolos. l. 22. de Republ. c. 11.*

Perdunt ſe plures ægri Hepatis imbecillitate laborantes, hydrope ſubſequente, ubi non mature accito Medio, confiſi nimium propriis viribus de cauſa tam externa, quam interna removenda ſolliciti ſunt.

Hepatites quid? Eſt autem hepatis imbecilitas facultatum ejusdem læſio ab intemperie frigida, vel ſanguinis evacuatione nimia, refrigerantibus hepati appoſitis, vel nimium calefacientibus, calidum innatum diſſipantibus, ortum ducens.

Mire prodeſt ſequens pulvis:

℞. Inteſtinor. gallinarum cum interna ventriculi tunica â carne ſeparat. & in vino alb. lot. ℥ij. comburantur in furno, ac vino albo & aq. abſynth. extinguantur, adde cuilibet unciæ cineris, galang. cinam. ana ʒj. *Croci* ℈ij. garyophyll. ʒß. epat. lupi præpar. & pulveriſat. ʒvj. ſacchar. roſ.tabul. ℥j. f. pulvis corroborans.

Nec minoris efficaciæ eſt ſequens electuarium, quod:

℞. Conſer. agrimon.
rob. paſſul. mai. ana ℥iij.
epat. lupi præp. ʒiß.
ſpec. diatr. ſantal.
Croci ana gr. viij.

C. Syr. corall. f. electuarium. doſis ʒiij. ſuperbibendo decoctum agrimoniæ.

Ubi jam ad cachexiam inclinat.

℞. Pulver. cachect. Q. ℈j. vel ʒj.
ſyr. noſtri Crocati ℥ß.

ſumatur 5. hor. ante prandium, ſuperbibendo juſculum gallinæ, in quo nonnihil ligni ſaſſafr. & chinæ c. rad. aperient. ebullierint, additis in fine ebullitionis fol. cuſcutæ, agrimon. cichor. com. abſynth. pont. & *Croci* modico, & nonnihil ſal. abſynth. ac leviſtici, atque ſpir. ⊖lis gutt: aliquot, manendo deſuper in lecto hora 1. poſteà ſurgendo, & per alteram horam deambulando, continuando per 15. vel 20. dies intermixta quinta quoque die leni purgatione.

Vel

℞. Rob. ſambuci ℥iij.
Croci ʒiij.

M. pro ſudorifero.

Ab extra in intemperie hepatis frigida:

℞. Myrrh. maſtich. ana ʒiij.
ſpicæ, cyperi, ſchœnanth.
eupator. ſicci, ſcolopendr.

calam.

calam. aromat. ana ℥ij.
Croci, galliæ moſchat. ana ℥j.

Myrrham cum maſtiche in vino odorato ſubigito, ac aliis commixtis emplaſtrum fingito, jecoríque ſuperinducito. *Feyneus Pract. l.4.c.XI.f.451.*

III.

Hydrops.

NUlla fortuna contenta eſt obeſſe ſemel, ubi mala malis ſuccedere quotidiè videmus: & ita quidem, ut una calamitas latè etiam in plures ſuas diſpergendo radices lernam malorum producat: non aliter, ac arbor toxica, cui ſi modicum tantum locum in horto vel agro conceſſeris, ſenſim ſeſe diffundendo vicinas quasque plantas triſti & noxiâ ſuâ propagatione corrumpit.

Imitatur hanc ſuccus lymphaticus noſtri corporis, cujus ſi flexiliores particulæ relictis rigidioribus diſcutiantur, ſalſedinis præternaturalis cauſa ſunt: ex qua mox alia mala ſuboriuntur, dum ſuccus hic non tantum ex acquiſita prava qualitate, ſed etiam quantitate peccans non raró ductus ſuos rumpit, & locum natalem deſerendo in abdomen ſeſe exonerat, copiâque ſuâ omnia inferioris ventris viſcera ſubmergendo hydropem pro-

ducit, ut non ineptè cum Plauto ipſum mare malorum pronunciare poſſimus.

Hydrops quid? Eſt enim Hydrops tumor p. n. â lympha ſeroſiore ad partes externas & ambitum corporis detruſa, vel ruptis vaſis lymphaticis in abdomine ſolum collecta, aut denique â flatibus ob ſangvificationem læſam, ortum ducens.

In omni hydrope tam humido quam ſicco ſpecificus eſt, maximeque commendabilis *ſyrupus flor. Croci ſupra cap. de uſu præparat. Croci* deſcriptus.

Vel

℞. Syr. crocat. noſtri ℥vj.
extr. mechoacann. ℈j.
magiſter. gialapp. *eſſent. croci* tinctæ gr. vj.
ſal. ebuli gr. vij.
aq. cinam. opt. ℥ij.
ſpir. cort. aurant. ℈ß.

M. f. potio in anaſarca exhibenda.

Sequens pulvis in anaſarca, ut & Tympanitide expertiſſimus eſt, &:

Pulvis expertus in Tympanitide. ℞. Spir. ⊖lis coagulat. ℥ij. irroretur bis *ſpir. croci*; & tertio cum ejusdem eſſentia, & f. pulvis, dividendus in 10. chartas æquali doſe diſtinctas, exhibendus in *aq. anticolica noſtra crocata*. Valet etiam ad tympanitidem *ſpir. croci compoſ.* ad gutt. 30. in

30. in aq. anticolica ſumptus. Cum eodem ab extra partes tumentes calide præcedente frictione inungi poterunt.

IV.

Icterus flavus, aurigo, galgulus, arquatus, morbus Regius.

ARs quædam aulica eſt bona dicere, & mala ſtruere mente.

Imitatur hanc ſæpè Icterus, qui ſi per febres die 7. 9. 11. aut 14. oboriatur bonitatem criſis pronunciare videtur: malus nihilominus exiſtit, ubi eidem durities hypochondrii dextri jungitur. *Hipp. aph. 42. ſect. 6. ictero laboranti hepar durum fieri malum.*

Eſt autem icterus color flavus totius corporis, & tunicæ adnatæ ob bilis in univerſam cutim efluſionem ab obſtructione ductus cholidochi vel cyſtici, aut ejusdem compresſione, ortum ducens. *Icterus quid?*

Hujus ſignaturam tenent, chelidonia & *Crocus*: quæ duo â ſimilitudine flavi coloris juvare aſſerit *Crollius in Baſil. & Joan. Myllius antidot. Medico-chym. f. 70.*

Cuidam icterico magno ſanitatis emolumento præſcripſit hoc claretum *Phil. Grylingius* quod:

 ℞. Mar-

℞. Marrub. puleg.
capill. ♀. verben. ana M ß.
calam. aromat. ʒij.
Croci or. ℈j. cinamom. el. ʒj.
C. ſaccharo & vino f. claretum.

Vel

℞. Chelidon. major. c. toto Mj.
fol. & flor. hyperic. ana M ß.
raſur. ebor.
pulver. ſtercor. anſeris in vere col-
lect. ana ʒij.
Croci ʒß.

Stercus anſeris & *Crocus* includ. nodulo, & omnia coq. in æquis partibus vini alb. & aq. abſynth. ad ℔j. f. apozema in tres doſes matutinas, quod poſtea aliquoties reiterari poterit. *Riverius*, & *Henric. Regius*.

Vel

℞. Rad. urticæ ℔j.
Croci ʒß.
Vini alb. ℔ij. contund. & exprime ſuccum, pro doſi ℥iiij. *Horſtius de tuenda ſanit. f. m.* 241.

Quidam ſequentem pulverem pro ſingulari remedio in ictero laudant, & in partes tres dividunt, tribusque diebus continuis manè in decocto cicerum aut piſorum exhibent.

℞. Sem. aquileg. raſur. C.C.
Croci or. ana ʒj.

f. pul-

f. pulvis ſubtiliſſimus in tres doſes dividendus. *Plater. Prax. Med. f. m. 140. T. tertio.*

Philippus Grylingius hunc extollit:

℞. Pulver. ſem. naſturt. ℈ij.
aquileg.
Croci or. ana ℈ß.

M. c. vino, detur ad tres dies manè. *lib. 3. Pract. part. 5. fol. 306.*

Vel

℞. Pulver. lumbr. terr. ʒvj.
rad. fragar. ſem. aquileg. ana ℥ß.
Croci Orient. ʒij.
ſal cichor. abſynth. ana ʒß.

f. pulvis. doſis ʒj. c. vino abſynthii. *Balth. Timeus* von gülden Klee / *in deſcript. Med. epiſtol. f. 459.*

Vel

℞. Lapid. è felle bovis,
centaur. minor. nuciſtæ,
Croci ana ʒj.

f. pulvis. doſis ℈j. in vino tribus reiteratis vicibus exhibendus. *Sennertus.*

Excell. D. Andr. Grabba Cephalus noſter cuidam honeſtæ ac piæ conjugi pronuper ſequentem pulverem exhibuit, qui:

℞. C. C. phil. præpar. ℈ij.
lapid. flav. in felle tauri repert.
ſem. aquileg. ana ʒß.
ſal. fraxin. *Croci* ana ℈ß.

f. pul-

f. pulvis pro 2. doſibus. Detur pars in vino abſynthii aq. centaur. min. cuſcutæ fragar., aut decocto C.C. cum rad. aſparagi, ſyr. de eupator. cichor. & ſucco citri mixt. *vid. Elaphograph. ejusdem. f. 147.*

Experimento pulvis ſequens ſæpius comprobatus eſt, & ;

Pulvis ad icterum.

℞. Stercor. anſerculor. vere collect.
pulver. lumbr. terr. lot. & exſiccat.
ana ʒij.
ſpir. ſalis coagulat.
lapid. cerauniæ præpar. ana ʒj.
♁nii diaphor. fixi.
Croci or. ana ʒß

M. doſis mane & veſpere ʒß. in vino, vel decocto marrubii, aut fragariæ exhibendus pro ulteriore abſterſione, & diſcuſſione interna.

Poteſt & miſceri *Crocus* purgantibus huic affectui deſtinatis. v. g.

℞. Extr. chelidon. major.
centaur. minor.
Croci Auſtr.
pulver. ſyrii ana gr. v.
maſſ. pil. tartar. Schröder. ℈j.
C. ſ. q. aq. chelidon. f. pilulæ No. IX.

Ab extra umbilico ſuperligetur ſequens, quod experimentum eſt uxoris Achillis Gaſſeri, & :

℞. Mellis ʒij. *Croci* ʒß.

farin

farin. tritic. ℥j.

agitentur diu ſimul, & quotidie bis calide ſuperligetur umbilico. *Hieronymus Welſchius Sylloge Curat. & obſervat. Med. f. 14.*

Hanc mixturam aliquæ Mulierculæ nucis iuglandis putamini includunt, & umbilico puerperarum applicant, eâdemque horâ, quâ appoſita fuit, deponunt, ubi putamen vacuum eſſe inveniunt, repetuntque bis vel ter, idque communiter 14. poſt partum diebus faciunt: certiſſimo ſibi perſuadentes omnes Puerperas ictero affici debere. *Obſervatio Crocea.*

Sed quis non videt icterum talem ex *Croci* tinctura provenire: ubi hæc paſta per umbilicum ſeſe inſinuans, ſanguini in proximis venis contento commiſcetur, ſicque lege circulationis, per venas ad cor & inde per arterias in totum corporis habitum defertur.

Ad icterum in puerperio præſervandum & curandum nonnullæ ſolent collo filo aureo appendere nodulum, cui *Crocus* integer, camphora, & aſſa fœtida incluſa ſint: ex *relatione per literas D. D. Georg. Sebaſt. Jung, Ph. & Med. D. Collegæ noſtri.*

V.

Obſtructio Hepatis.

INſtante communi periculo conciliari debent diſſidentium animi. *Dionyſ. Halicarn. lib. 8.*

Arguit

Arguit obſtructio Hepatis non leve periculum: fit namque ut bilis cum ſucco pancreatico in inteſtinis non permiſceatur, quâ retentâ gravia mala oriri neceſſe eſt, niſi maturè conciliatione factâ iisdem occurratur.

Obſtructio hepatis quid? Eſt enim obſtructio Hepatis vaſorum in hepate exiſtentium anguſtia, â pituita, ſanguine grumoſo, tartareo, calculo, vel flatibus cavitatem eorundem obſtruentibus ortum ducens.

Sequentes pilulæ, ubi una purgatio nihil prodeſt, omne abſolvent punctum.

℞. Hier. picræ ℥ij.
agar. turbith. ana ℥iij.
zingib. ſpicæ, zedoar. aſari, aniſi, cinam. *Croci*, ſucci euphorb. abſynth. ana ℥ß. aloës hepat. ℥iij. f.c. ſucco apii, aut oxymel. pilulæ. *Feyneus Prax. Med. f. 467.*

Vel

℞. M.P. de ammon. Q. (hæ *Croco* ſunt dotatæ)
pil. tartar. Schröderi
extr. rhabarb. ana ℈ß.
reſin. gialapp. *Croco* tinct.
ſalis ♂. ſubdulc. ana gr. v.
extr. Croci gr. ij.
C. ſucco abſynth. f. pilulæ No. IX. in ⊙r. pro doſe.

℞. Rad. amar. dulc. ℥iij.

ſumit.

ſummit. lupuli, eupator. ana M ij.
cuſcut. hepatic.
cichor. c. toto ana M iß.

Infund. in ſeri lact. caprin. q. ſ. ad eminentiam 4. digitor. per 3. dies: hinc deſtilletur aqua:

℞. Hujus ℥ iiij.
ſyr. de 5. radic.
de cichor. c. rhab. ana ℥ ſ.

f. apozema aperiens: in quo ſi infundantur
mechoacann. alb. ʒ j.
rhab. ʒ ß. ſpicæ gr. iiij.
Croci gr. viij

moderatè ſimul purgabit.

Ad reliquias humoris per urinarias vias educendas, hic pulvis efficax eſt:

℞. Rubiæ tinctor, ℥ ſ.
ſpicæ nardi celtic.
acori veri ana ʒ iij.

myrrh. aſari, phu pontici, rhab. ſem. apii montan. ana ʒ ij. glyzyrrh. ſicc. ſchœnanth. aſplenii abſynth. ſicci, cuſcutæ, teucrii vel polii ana ʒ iß. *Croci* ʒ j.

Pulveriſentur ſubtiliſſ. quo celerius vis permeet: dentur ℈ ij. ex vino albo, vel melle excepta offerantur magnitudine nucis. *Feynæus f. 469.*

Inter topica ad obſtructum & induratum hepar reſerandum, emolliendum, & infar-

ctus

ctus illius reſolvendos convenit emplaſtrum ſantalinum, olim incognitum dictum, quod meritò *Crocus* exornat.

Aliud in duritie hepatis emplaſtrum ut mirabile deprædicat Avicennas, quod:

℞. Maſtich. *Croci*,
ammon. ana ℥iß.
ol. maſtich. roſar. ana ℥ij.
vini ℥xx.

liquefiat cera, & oleum, & reliqua cum iis miſceantur.

VI.

Intemperies Hepatis.

JUlius Cæſar interrogatus, quomodo tantas res perfeciſſet? reſpondit nihil procraſtinans.

Facilè victoriam ſibi polliceri poterit Medicus, ſi morbo non det inducias, & antequam intemperies habituata fiat, feſtinanter illam oppugnet, maximè dum concernit partem principem, inter quas & Hepar eſt; Cujus intemperies eſt ejusdem â ſtatu naturali in qualitatibus calidis, vel frigidis receſſio.

Imperies hepatis quid?

Ubi calida eſt:

℞. Santal. rubr. pulver. ʒj.
flor. roſ. rubr. Mj. ſem. papav. alb. ʒij ſpec. aromat. roſ. ʒj. *Croci or.* ℈j. camphor. ℈ß.

aq. roſ.

aq. roſ. aceti vini ana ℥iij. f. epithema.
Jobus Kornthauer Tract. de peſte f. 18.

Caput XVIII
De Morbis Lienis.
I. Obſtructio Lienis.

Trojanus Imperator lienem Fiſco comparavit: dum enim is ex prævia obſtructione creſcit, cætera omnia membra contabeſcunt: Quod pulcherrimo emblemate expreſſit *Alciatus.*

Humani quod eſt ſplen corporis, in populi re
Hoc Cæſar Fiſcum dixerat eſſe ſuum:
Splene aucto reliqui tabeſcunt corporis artus:
Fiſco aucto arguitur civica pauperies.

Eſt autem lienis obſtructio anguſtia vaſorum in liene exiſtentium â tartareis craſſis humoribus &c. ortum ducens. *Lienis obſtructio quid?*

Secretus in obſtructionibus lienis eſt *ſpiritus aſthmaticus ammoniacatus Crocatus* §. 2. *de aſthmate* deſcriptus in aq. aperitivis, vel vehiculo appropriato ſumptus, cui nonnihil

pro lubitu *ſpir. cochleariæ* addi poteſt. Item *ſyrupus noſter Crocatus cap. de uſu præpar. Croci* notatus.

Pro purgatione:

℞. Pil. de ammon. ♁. ℈j.
tartar. Schröd. gr. vij.
reſin. gialapp. *eſſent. Croci* tinct. gr. v.
C. *ſyr. Crocato noſtro* f. pilulæ No. XV. in ⊙. pro doſi.

Pro confortatione lienis electuarium Solenandri ab Hartmanno deſcriptum, cui *eſſent. Croci* optimè addita, maximè confert. doſis magnitudo caſtaneæ.

Ab extra ſequens linimentum in obſtructione lienis expertum eſt:

Linimentum expertum.

℞. ⁰₀₀ cappar. ʒiij.
ſem. erucæ expreſſ.
nigell. expreſſ. ana ʒj.
⁰₀₀ *Croci per inſolat.* ʒij.
tartari rectif. gt. xv.
gummi ammon. ♃. ſquill. ſolut. ʒij.
ſucci ſcolopendr. inſpiſſat. ℈j.
extr. Croci ℈ß.
unguent. dialth. ℥ſ.
ceræ q. ſ. f. linimentum.

II.

Affectio hypochondriaca.

Magna eſt animi temperies à nulla re ceu grata, ceu triſti affici. Po-

Potuit ſibi de hac gratulari Socrates, qui in tota vita nec riſit, nec flevit; adeoque unius, ejusdemque vultus fuit, ut nec â nuptiali lætitia, nec illius diei triſtitia, qua venenum hauſit, variari potuerit. *Socrates conſtans*

Sed ut rarus eſt Socrates, ſic rariores qui illum imitantur, maximè quos hypochondria vexant, tam enim panico timore pleni ſunt, ut illos velut aves inanis fundæ ſonus territet, ſæpeque opinione magis, quam re laborent.

Et eſt Affectio Hypochondriaca colluvies tartari mucilaginoſi & argilloſi, ſalinonitroſis particulis impregnata in venæ meſentericæ, ſed quam maximè in arteriæ cæliacæ & ductûs pancreatici ramis collecta, concurrente ſucco acido, varia producens ſymptomata. *Affectio hypochondriaca quid?*

Tragæam antihypochondriacam *Joan. Poppii* deſcribit *Ganſius in ſua Corallor. hiſtor. f. 166.* qui :

℞. Sal. corall, perlar. ana ʒſ.
unicornu veri ℈j. auri diaphor. ℈ij.
Croci ℈j.
ol. cinam. macis ana gt. xij.
M. f. tragæa.

Balthas. Timæus von gülden Klee / eſſentiæ & elixirio ſuo hypochondriaco, ut & ſplenetico *Crocum* addit : *vid. Caſ. ejusdem & Epiſtol. in deſcript. Medicamentorum.*

N 2 Secre-

Secretam aquam magni cujusdam nomi-nis Medici melancholiæ hypochondriacæ convenientiſſimam deſcribit *Finckius in Enchir. dogmat. f. 24.* cui quoque ſeſe *Crocus* immiſcet.

Syrupum Regis Sabor, quo utimur ad omnes affectus melancholicos, ut & roborandum cor, *Crocus* etiam ſubintrat.

Quo modo confici debeat ritè hic ſyrupus *vid. Ludovic. Septalius l. 9 f. 177.*

Obſervatio Crocea. Refert *Borellus centur. 2. obſerv. 99.* nobilem quandam mulierem tantâ melancholiâ mœroreq; adeò acerbo conturbatam fuiſſe, ut perpetuo flendi deſiderio teneretur, geſtatione *Croci* ſuper cor curatam eſſe.

Symptomati palpitationis & anguſtiæ cordis â flatu hypochondriaco, medetur *quinta eſſent. Croci* aut *illius ſpiritus* in aq. borraginis propinatus.

III.

Scorbutus.

Kircherus. VArias in Macrocoſmo quotidiè contingerere metamorphoſes, nemo non videt; ubi ſerpentino ovo â gallo devorato baſiliſcum: in cavernis, quæ aquilis & vulturibus abundant, ex putrefactis diverſorum animalium, ſerpentum, &c. ſeminibus, quorum portio in cadaveribus remanet, draco-

nes:

nes: ſtercore bovino apes: ex cervi excrementis bruchum: ex cupreſſi plantula ad ſeptentrionalia loca deportata, ibique conſita, Sabinam: ex corrupto & vitiato petroſelino cicutam produci cernimus.

Plures, easq; diverſas in ſcorbuto, ex uno ſanguine ſale volatili deſtituto, morborum & ſymptomatum idæas, produci nimis notum eſt.

Reſultant exinde crurum & ſurarum dolores varii, lumbago, ſtupor, paralyſis, tremor, convulſio, delirium, vigiliæ, appetitus dejectus, ſputatio continua, hydrops, icterus, alvi fluxus, ejusdem adſtrictio, reſpiratio difficilis, ac pectoris anguſtia vix non ſuffocans. Taceo de maculis pedes infeſtantibus, gingivarum hæmorrhagia, earumque & dentium vitio, febribus, gangræna ſcorbutica, atrophia, & aliis.

Eſt enim Scorbutus cachexia ab humore melancholico peculiari modo corrupto exorta, cum crurum debilitate, maculis, gingivarum tumore, & ſanguinolentia, dentium laxitate, aliisque ſymptomatibus affligens. *Scorbutus quid?*

Prodeſt hîc ſequens aqua:

℞. Seri lact. caprin.
vini rhenan. ana ℔j.
herb. virid. anagallid.

 naſturt.

naſturt. aq. ana Miij.

ebulliant, & colentur ad ℥xv. cui add:

ſucci cochlear. ℥j.

Croci ʒſ.

M.

Ubi diſpnæa moleſtat, *Clariſſ. D.D. Joann. Michaëlis* ſequentibus uſus fuit:

℞. Aq. flor. rapar. ℥iij. vel ℥iiij.

antiſcorbut. Dorncrel. ℥ij.

Syr. conſerv. rad. helenii ℥ ß.

eſſent Croci

helenii ana ʒj.

Spir. gummi ammon. comp. ʒß.

M.

Sgr. Lufft-ſafft auff etlich mahl. 2. 3. cochlearia.

Vel

℞. Eſſent. helenii, *Croci* ana ʒiij.

ſpir. aſthmat. ammon. Crocat. ʒij.

antiſcorbutici ʒ ß.

M.

Vel

℞. fæcul. aronis ʒiß.

ſpec. diaireos. ʒß.

magiſter. cochlear. ℈ij.

Croci ℈j.

M.

Sgr. Lufft-Pulver. Doſis 2. cuſpid. cultri.

Prodeſt hîc etiam ſpir. ſal. armoniac.

ſalſus

ſalſus cum *tinctura Croci* & aq. cochleariæ exhibitus. *Fr. Dekers in not. ad Praxim Barbettianam c. 11. de ſcorbut. f.151.*

Torminibus ſcorbuticis opitulatur ſequens julapium:

℞. *Aq. anticolicæ noſtr. Crocat. ſ. decolita deſcript.*
antiſcorbut. Dorncr. ana ℥ij.
Syr. ſcelotyrbic. Foreſt.
de cort. aurant. ana ℥j.
ſpir. Croci ʒj.
M.

Vel

℞. Spir. cochlear. naſturt. ana ʒij.
quintæ eſſent. Croci ʒj.
M.

Sgr. Eſſentz gegen den Schmertzen / 30. 40. tropffen auff einmahl.

Ad dolores articulorum vagos in nucha, cruribus, pedibus, ſequens tinctura balſamica maximè commendatur:

℞. Spir. lumbr. terr. ℥v.
ſal. ✱ci ℥ſ.
cochlear. ʒij.
in quibus diſſolv.
ſapon. venet. ℥ij.
camphor. ʒvj.
opii ℈ij.
Croci ℈j.

M. Digere per aliquot dies & noctes, poſteà filtra, & in vitro optimè clauſo uſui ſerva: potest cum linteo prius calefacto applicari. *Fr. Dekers in not. ad Prax. Barbett f.150. & 151.*

Vel

℞. Aq. arthrit. Auguſt. ℥ij.
ſpir. Croci compoſ.
lumbric. ana ʒvj.
M. cochlear. naſturt. ana ʒij.

CAPUT XIX.

De
Morbis Renum & Veſicæ.

I.
Calculus.

Cicero in Verrem. OCculti inimici peſſimi: magisque ſemper metuendæ inimicitiæ tacitæ, quàm indictæ & apertæ.

Struit occultam ſæpè inimicitiam Calculus, dum in renis parenchimate latitans, repente extra ſphæram ſuam ſeſe movendo infundibulum occupat, aut ureteres obſtruit, & cauſatis inde doloribus atrociſſimis, inflammationes, epilepſiam, imò mortem ipſam inducit.

Eſt

Eſt autem calculus ſubſtantia ſolida toto genere p. n. inſtar lapidis vel tophi, ex tartaro mucilaginoſo ſalino-nitroſis particulis impraegnato mediante calore, & facultate λιτοποιητική ut alii volunt, ortum ducens. *Calculus quid?*

Efficax eſt hic pulvis, qui:

℞. Cryſtall. nitri ℥iij.
tartar. vitriol.
ocul. ♋. lap. percar. ana ʒj.
Croci ℈ij. macis ℈j. M.
Doſis ʒj.

Vel

℞. Acidi tartar. ʒij.
cryſtall. calcinat. ʒj.
irrorentur benè ſpir. vitriol. q. ſ. lapide ſubigantur, teranturque, exſiccatis add:
glomer. cynosbat.
ſem. abietis matur. ana ʒiß.
Croci ℈ij.
f. omnium pulvis, ſervandus ad uſum. doſis in curatione â ʒß. ad ℈ij. in aq. gramin. aliquot vicibus exhibendus: in praeſervatione ſemel vel bis in ſeptimana ex brodio gallinae macro.

Vel

℞. Magiſter. lithontript. Timaei ex milleped. & ocul. ♋ praepar. ℈ß.
conſer. Cynosbati ʒj.
Croci gr. iij.

M. pro doſi.

Aquam commendat *Bernhard. Penot.* tam ad calculum renum quam veſicæ: cujus deſcript. *vid. in aſylo Languent. Excell. D. Chriſtoph. Petri Achillis noſtri.*

Ingreditur etiam *Crocus* ſpiritum nephriticum Barbettianum, quo nihil præſtantius eſſe autumat in cauſis & temperaturis frigidis. *vid. ejusdem Prax. Med. f. m. 209.*

Ab extra:

℞. Pingued. anſeris, butyr. rec.
 ☍ amygd. amar.
 ſcorpion. ana ℥iij.
 Croci, ʒj. terebinth. ℥ij.

M. & calidum renibus applicetur. *Helidæus de Paduanis in Conſil. à Scholtzio collect. f. 294. conſil. 109.*

Vel

℞. ☍ cheirin. ℔j.
 amygd. d. ſeſamin. ana ℥vj.
 butyr. rec. ℥iij. *Croci* ℥ſ.
 corallor. alb. ℔ß.

M. f. unguentum molle, in cujus fine adde: vitell. ovor. No. III. Valet in renum & aliarum nervoſarum partium dolore. *Stockerus in Empyrica f. 124.*

Aliud linimentum, cui *Crocus* ſe inſerit, *vid. in Zecchio f. 539. conſult. 539.* ut & unguentum & cataplaſma cum *Croco deſcript.*

Hieron.

Hieron. Capivaccii in conſil. à Scholtzio col-lect. f. 447. conſil. 147.

Notandum in calculo veſicæ optimè & quidem felicius inſtitui inunctiones in perinæo, quàm circa os pectinis vel pubem; nam in perinæo eſt cervix veſicæ, & ut plurimum calculi ibidem tanquam in loco auguſto hærent, & cruciatus cauſant intolerabiles.

Ubi nimium urget dolor, ſomnus (cum is arcanum ſit in Medicina, & ſupra omnes gemmas & lapides pretioſos) anodynis omni modo procurandus erit.

Inter quæ excellunt Pilulæ anodynæ *D. Riverii* contra nephritidem, quæ *croco* donatæ ſunt: quarum deſcriptionem appoſuit *J. P. Lottichius in diſſert. de febr. f. 103.*

Præter hæc non negligendi clyſteres, ceu eſt qui:

℞. Rad. alth. malvæ ana ℥iij.
fol. malv. alth.
viol. pariet.
flor. melilot. chamomill.
ſambuci,
ſummit. aneth. ana Mß.
lumbric. in aq. lot. & incis. ℥ij.
ſem. aniſi, aneth. ana ℥ß.
lini, fœnugræc. ana ℥ij.
Coq. in lact. vaccin. ℥vij, in cola diſſolve:

vitell.

vitell. ovor. No. II.
☍ chamomill. aneth.
lil. alb. ſcorpion. ana ℥ß.
Croci ℈ij.
f. enema.

Urgente dolore poteſt addi philon. rom. ad ℥ij.

Alium clyſterem anodynum cum *Croco* reperies in *Tartaro-Maſtoge Moraviæ meo cap. de calculo f. 231.*

II.

Iſchuria.

JOcoſam multi ſympathiam habent, ubi audito ſono aliquo, illicò urinam reddere coguntur, quemadmodum cultellorum attritu aviculæ in cancellatis alveolis ob acuti ſoni contentionem ad cantillandum excitantur, & limæ ſtridor pluribus horrorem incutit, ex horrore verò pili foris tolluntur, intus muſculi ſubcutiuntur; Fieri hoc putat *Julius Cæſar Scaliger de ſubtil. ad Cardan. f. m. 455.* quia calor imbecillus levi de cauſa quatitur, admiſſus porrò per aërem ſonus movet aërem, qui intus eſt, isque proxima quæque: illis alia ſuis ſedibus convelluntur.

Iſchuria quid? Fruſtraneum tamen hoc in Iſchuria promovenda remedium: quæ eſt urinæ ſuppresſio à calculo, grumo ſanguinis, pure, vel nimia

nimia veſicæ diſtenſione, ſcabie, vel tumo-re, aut caruncula in veſica, vel ureteribus, aut urethra exiſtentibus originem ſumens.

Ab intra præter laudanum Urinarium D.D. Michaelis non exiguâ *Croci* portione inſignitum ſequens aqua magni emolumenti eſt:

℞. *Aq. anticolic. crocat. noſtr.*
petroſel. ana ℥j.
aq. hæder. terreſtr. ℥ſ. ſal. ſuccini volat. gr. V. M.

In defectu ſal. ſuccini volat. ſal urinæ volatile utiliter ſubſtituitur.

Ab extra ad promovendam urinam hoc præcipue juvare ſcribit *Feyneus Prax. Med. l. 4. c. 41. f. 633.*

℞. Axungiæ cuniculi
gallin. ana ℥j.
galban. myrrh.
opopanac. aut ſagapen. in vino alb. liquat. ana ℥ß. ol. lil. ſcorpion. ana ℥ij. pulver. iridis, ſem. raphani; apii ana ʒj. *Croci* ʒß. flor. chamomill. ʒß. M. f. unguentum.

Cujus illitu ad pubem & perinæum facto confeſtim urina profluit.

III.

Impotentia ad venerem.

IMpudens ea ſemper fœmina judicata eſt, quæ

quæ in facie erubeſcentium populorum arcana genitalis thori revelare & denudare, deque frigiditate mariti conqueri non erubuit.

Indixit *Honor. Pontifex* ejusmodi mulieri & Viro pœnitentiam, qui ante triennium de ſimili conquereretur. Etſi enim *Juſtinianus* biennium dediſſet, ut ſe probaret Maritus *l. pen. c. de repud.*; Per novellas tamen *Conſtant. 22.* triennium ſtatutum eſt, & in praxi admiſſum, poſt quod tempus ſi Virgo reperta eſt Uxor, poterit ſeparari; & alias non; Et hoc non per viam divortii ut *Juſtinianus* voluit, ſed potius per viam nullitatis.

Hottomã. in tr. de diſſolut. matr. ob frigiditatem.

Impotentia ad ♀. quid?

Eſt enim Impotentia ad venerem imminutus vel abolitus copulæ carnalis congresſus, ob ſemen vitiatum, faſcinationem, vel ſpirituum defectum, â frigido vel pauco ſanguine, inedia, evacuatione nimia, ortum ducens.

Ubi â frigiditate ſanguinis & ſpirituum naturalium defectu proficiſcitur:

℞. Elect. diaſatyr. ℥iiij. amygd. d. mund. pinear. piſtacior. ana ℥j. zingib. condit. cort. citri condit. ana ℥ß. ſpec. diambr. borrac. venet. ana ʒij. galang. macis garyophyll. macropiper. ſem. erucæ, raſur. priapi Cervi, tauri, ſtincor. marin. ana ʒiß. caſtor. *Croci* ana ℈j. eſſent. ſatyrion. ʒiij.

ol.

ol. nuc. moſch. deſtill. cinam. ana gr. vj. moſch. ambr. ana gr. v. ſyr. menth. ſalviæ ana ℥ ß. M.

F. electuarium confortans: de quo veſpere ante lecti ingreſſum ab ℥ß. ad ℥j. aſſumatur, ſuperque bibatur hauſtus vini malvatici. *Daniel Angelus in compoſ. Med. c. 4. f. 47.*

Vel

℞. Pinear. fiſticor.
amygd. d. mund. ana ℥ß.
ſem. urticæ cinam. piper. long. dactyl. zing. ana ʒij. ſiler. montan. galang. ana ℥ß. ſem. ſynapi, cardamomi, ana ʒiij. *Croci* ʒj. conſerv. ſatyrion. ℥j. ſacchar. albiſſ. diſſolut. in aq. meliſſ. q. ſ. f. electuarium ad coitum. *Ferd. Epiphanius Empyric. f. 405.*

Aliud electuarium cum *Croco* â frigiditate renum & teſtium deſcribit *idem Author f. 405.*

Vel

℞. *Bulb. Croci condit.* ℥ij.
rad. ſatyr. condit. ℥j.
medull. nuc. indic. condit. zingib. de China condit. ana ℥ß. ſuccoladæ indæ veræ pulver. viperar. margarit. ana ʒij. pinear. rec. piſtac. rec. ana ℥ß. ol. nuc. moſchat. ſtill. ℈j. eſſent. ambræ, moſchi, ʒſ. *quintæ eſſent. Croci* ℈ß. ſyr. cinam. ſpagyr. præp. q. ſ. f. electuariu...

Doſis

Doſis nucis juglandis quantitas ante prandium & cænam cum hauſtu vini malvatici.

Vel

℞. *Ol. vel eſſent. Croci gr. viij. vel x.* auri alchimiſtici in bracteolas ducti & probè dulcorat. ℈ß. M. invicem, & exhibeantur in vino albo baſtardico, malvatico, vel rhenano dulci, & ebibatur hor. I. ante lecti cubitum. *Phil. Grylingius in Florileg. Chym. f.524.*

Pulverem cum *Croco* deſcribit *Clariſſ. Rolfincius method. med. ſpec. l.9. c.2. f.823.*

Inter medicamenta nervis malè affectis, ſimulque veneficiatis auxiliantia, hoc in caſu non levis momenti eſt, quod:

℞. Sem. palmæ Chriſti ℈ij.
rutæ pj. abrotan. pj.
Croci gr. iiij.
ſacchar. albiſſ. ʒß. M.

pulveriſentur, tribusque horis ante cibum alternis diebus ex vino albo ſubdulci propinentur. *Joaan. Zecchius in conſult. Med. fol. 781.*

Pulvis ſecretus. Ad incantatos, maleficiatos, ligatos, & ex maleficio impotentes ſecretus eſt pulvis, qui fit ex raſura campanæ, priapo tauri, & *Croci* modico.

CAPUT XX.

De
Morbis mulierum.

I.
Sterilitas.

COnqueſtus Alexander Magnus, quod non haberet Regni ſucceſſorem, dixit: Orbitas mea quod ſine liberis ſum, ſpernitur: munimen aulæ Regii liberi: namque ut triſtis ſine ſole dies, ſine ſydere nox eſt, ſic eſt ſine compare lectus. Fiunt hæc ſummâ & ineffabili DEI providentiâ, qui non ſingulis omnia, ſed omnibus ſingula, & cui vult ad libitum diſpenſat: non enim nuptiæ dant liberos, ſed qui iis præeſt, DEUS. Vides pauperem numeroſâ prole donari, diviti ſæpe denegari. Feliciter id ipſum ſequente emblemate antiquitas expreſſit; *Q. Curtius. Juvenalis.*

Erant olim Athenis Viri duo inſignes, dives unus, ſed pauper ingenio: pauperimus alter, ſed dives ſcientiâ. Athenienſes hujus cauſam ſciſcitantes Delphos adierunt, & per Pytoniſſam Oraculi mentem aſſequuti ſunt.

Hæc binas laminas ejusdem formæ, ope-

ris, & ſculpturæ ad ſapientes detulit, ſed non ejuſdem materiæ: erat enim altera auri, & ligni altera: & primam diviti dedit, & pauperi ſecundam, & utraque exaratæ erant iſtæ literæ: S. T. L. I. A. cum inſcriptione in fine:

Divina providentia.

Cum verò mens oraculi clara non eſſet, ſapientiſſimum totius Græciæ Solonem adiêre, qui divitis emblema ita ſolvit:

Sufficit Tibi Lamina Iſta Aurea.

Pauperis autem:

Subſtantia Tua Lumen Intellectûs Animæ.

Ac tandem addit in fine: *& hæc eſt divina Providentia.*

Eodem & hodie ſteriles, qui in ſabulum, & arenam ſeminant, ſe ſolari, & Stoicæ Philoſophiæ, ſeu moralis eruditionis praxim exercere poſſunt.

Sterilitas quid? Et eſt ſterilitas impedita conceptio, ab uteri parvitate, vel nimia ejuſdem humiditate, faſcinatione &c. originem ſumens.

Ad juvandam conceptionem valet ſequens decoctum:

℞. Teſticul. vervecis præpar. in vino, & exſiccat.

Vulvæ leporis identidem præpar. & exſiccat. macis, zingib. cinam. garyophyll. ameos ana ℥ij. *Croci* ℥iſ. medull. vel carn. nucum commun. avellanar. piſtac. ana ℥vj. contund.

con-

contund. macerentur & decoq. tandem in ℔ij. vini malvat. ad tertiæ partis conſumptionem.

Hujus decocti Mulieri ſtatim poſt legitimum menſium fluxum offerendæ ſunt 3. aut 4. unciæ manè tribus vel 4. horis ante cibum, idque tribus diebus conſequentibus; quarto die jungatur Viro, & niſi plane ſterilis, concipiet. *Philipp. Grylingius Prax. Med. l. 4. part. 4. fol. 437.*

Vel

℞. Pomum aurant. dulce

excava leviter, & reple *Croci* ℨj. tegendo proprio cooperculo, imponendoque ollæ benè clauſæ, quæ in furnum collocata exempto pane ibidem maneat, donec pauliſper aſſetur, affunde poſt quartar. 2. vini ungarici, & bibat hoc mulier mane & veſpere.

II.

Chloroſis.

BEl'e dixit Saluſtius: præclara facies magnæ divitiæ. Formoſa enim facies muta commendatio eſt. Sed cunctis ex qualitatibus quæ mortali cum corpore fugiunt, nulla velocior eſt quam forma. Hanc Socrates modici temporis tyrannidem dixit. *P. Syrus. Petracha d. rem. utr. for. l. 1. Dialog. 2.*

Combina floridum, ac vividum illum Puellarum colorem in pallidum ſeu chloro-

ſim abeuntem, & formam morbi, & temporis ludibrium dices.

Chloroſis quid? Eſt autem Chloroſis coloris naturalis in facie in vireſcentem & pallidum mutatio, cum virium languore, & omnium membrorum gravitate, cibi faſtidio, vel pica, ſubinde cordis palpitatione, vel reſpiratione difficili, mœrore, plerumque pedum & palpebrarum œdematoſo tumore, â depravata nutritione & humorum crudorum copia, ob viſcerum pravam diſpoſitionem genita, & inde vaſorum circa uterum & vicinorum viſcerum obſtructione, ortum ducens.

Præmiſſis præmittendis ad humorum crudorum præparationem, obſtructiones reſerandas, & intemperiem corrigendam adhibet *Balth. Timæus* von gülden Klee/ *ſequens vinum medicatum:*

℞. Fol. meliſſ. chamædryos,
arthemiſ. agrimon. ana Mß.
ſabinæ,

rad. enulæ. ireos, rubiæ tinctor. ana ℥ß. ſarſaparill. ʒvj. flor. cheiri, roriſmar. apicum flaved. lil. alb. ana pj. ſem. dauci, aniſi, fœnicul. ana ʒij. *Croci* integr. ʒß. Inciſ. & conquaſſat. affund. vini rhenani alb. q. ſ. bibat mane & veſpere cyathum j.

III. Men-

III.

Menſium ſuppresſio.

INtempeſtivum Mulieris gaudium, dum ſuppreſſis menſibus illico ſe gravidas credunt, & de partu ſollicitæ ſunt.

Et eſt hoc gaudium ſicut Hypocritæ inſtar puncti: Si aſcenderit uſque ad Cælum quaſi ſterquilinium in fine perditur, & qui viderant, dicent ubi eſt? *Job.8.20.*

Et eſt menſium ſuppreſſio eorundem retentio â ſanguinis vitio, vel defectu ejusdem ob præcedentem evacuationem, vel â vaſorum anguſtia ob callum, carnem, membranam iisdem adnatam, ortum ducens. *Menſium ſuppreſſio quid?*

Præmiſſis univerſalibus, & quæ craſſitiem ſanguinis attenuando & incidendo præparant, ſequens pulvis commode adhibetur, qui:

℞. Pulver. gialapp. cum eſſent.
Croci tinct. ℈j. diagryd. ♀r. gr. vj.
fæcul. bryon. gr. v.
⊖ *Croci*, vel uterini Mynſ. gr. iiij.
elæoſacchari ſabinæ gr. iij.

M. f. pulvis purgans.

Vel

℞. Rad. ariſtol. ⊙. aperient.
bryon. rubiæ. tinct. ana ʒij.
helleb. nigr. ℨvj.

 eſulæ

eſulæ præp. gialapp. ana ℥iij.
agarici ℥ij.
fol. arthemiſ. meliſſ. puleg. ana pij flor. cheiri, borrag. calendul. ana pj. cinam. caſſiæ lign. ver. ana ℥ij. *Croci or.* antophyll. ana ℥j. ſal. tartar. albiſſ. ſal. uterin. Mynſ. ana ℥j. M. inciſa in nodulo ex ſyndone alba.

Hinc ad ea bonâ methodo devenitur, quæ ipſos menſes cient, ubi *eſſentia croci* ſpecifica ponitur â *Grylingio l. 4. Pract. f. 448.*

Eadem ſic cum aliis miſceri poterit:

℞. Eſſent. ſplenis bovis
arthemiſ. meliſſ.
♂. liquid. ana ℥ij.
ſabinæ, *Croci*, ana ℥j.

Sgr. Sonderliche eſſentz 50. 60. guttæ.

Vel

℞. Aq. arthemiſ. compoſ. ℥iiij.
(habent ſummam vim penetrandi aquæ deſtilatæ)
ſyr. arthemiſ. compoſ ℥ij.
de canella ℥j.
eſſent. meliſſ. arthemiſ.
♂. liquid. ſplenis bovis ana ℥iß.
Croci ℥j.

M.

Sgr. Sonderliche Mixtur auff etlichmahl/ doſis 1. 2. cochl. bis in die.

Decoctum ſuppreſſionem menſium referans,

ſerans, quod *Crocus* ingreditur deſcribit *Fr. Joël l. 5. Pract. Med. Sect. 2. f 473.*

Vel

℞. Raſur. raphani ruſtic. ℥ſ.
rad. aſari, agaric. alb. ana ʒß.
herb. ſabinæ pj. myrrh. el. ℈j.
Croci ℈ß.

Infund. per noctem in vini albi ℔ß. mane exprimantur, f. hauſtus 4. 5. diebus mane in lecto continuandus ante tempus menſtruorum.

Potiones alias menſtrua pellentes cum *Croco vide Pract. Feynei f. 675.*

Adeo *Crocus* ſanguinem menſtruorum pellit, ut etiam *Riverius Inſtit. l. 4. c. 22.* referat exemplum mulieris nimio *Croci* uſu in lethalem uteri hæmorrhagiam incidiſſe. *Obſervatio crocea.*

Atque ideò *Crocum* pulveri ſuo menſtrua provocanti immiſcere non dubitavit Balth. Timæus von gülden Klee/ qui:

℞. Apic. flaved. lil. alb.
flor. cheiri, calendulæ,
Croci or. ana ʒj.

Spec. troch. de myrrh. ʒij. ſuccin. alb. præp. ℈iiij. caſtor. ſabinæ, fæcul. bryon. ana ʒj. ☍ ſtill. ſuccin. gt. xv. M. f. pulvis.

Alium pulverem, ubi ſanguis craſſior peccaverit & corruptus fuerit, cum *Croco* deſcribit *Daniel Angelus in append. de compoſ. Med. c. 4. f. 49.* qui multum præſtat.

Foreſtus pulverem componit cum *Croco*, quem Dominarum vocat, & :

℞. Rad. diptamni alb. ℥iij.
zedoar. calam. aromat.
caſſiæ lign. cinam. macis,
Croci, cort. citri ana ℥j.

lign. ind. troch. de myrrh. borrac. venet. ana ℈iiij. ſem. nigell. ℥ij. ſeſel. fænicul. cumin. aniſi, baccar. lauri ana ℥j. M. f. pulvis. doſis ʒj. ſæpius exhibenda.

Ad menſtrua movenda alias pulvis Nicolai expertus eſt, qui :

℞. Caſſiæ ligneæ,
cort. caſſiæ fiſtul.
cinam. diptamn.
Croci, meliſſ. ana ʒj.

M. f. pulvis. detur tribus diebus mane cum decocto vini arthemiſiæ. *Stocker. in Empyr. fol. 130.*

Secretiſſimum, & hactenus inter arcana ſibi reſervavit pulverem *D. D. Matth. Franc. Hertod. P. M. qui ſic ſe habet:*

Secretiſſimus pulvis.

℞. Ciner. ſtercor. columbin. calcin. ʒj.
Pulver. Croci ℈ß.

M. cum vehiculo appropriato.

Vel

Singularis pulvis.

℞. Tartar. vitriolat.
ſal. arthemis. ſuccin.
uterin. Mynſ. ana gr. vj.

Croci

Croci gr. iiij.

f. pulvis, qui ſingularis eſt.

R. Aloës opt. ℥iß.
myrrh. præpar. ℈ij.
Croci Auſtr.
ſuccin. alb. præpar. ana ℈j.

C. vino generoſo f. maſſa pilularum, bene malaxetur gutt. aliquot ol. ſabinæ ſtill. vel. ſuccini ſtillat.

Vel

℞. Gumm. ſagapen. c. 🜊to præpar.
ſuccin. alb. borrac. venet. ana ℈j.
myrrh. rubr. caſtor. ana gr. xv.
Croci gr. x.

Ol. garyophyll. gt. vj. f. pilulæ No. XXXX. de ☉r. doſis No. V. *Franc dele boë Sylvius.*

Vel

℞. Gummi ammon. 🜊. diſſolut.
galban. ana ʒj.
myrrh. borracis, piperis,
ſabinæ ana ℈j.
extr. ſplenis bovis, gentian.
Croci ana ℈j.
tartar. vitriol.
Croci ♂. nigr. ana ℈ß.
☍ lavendul. ſabin ſtill. ana gt. vj.

C. ſyr. matricar. q. ſ. f. pilulæ ervi magnitudine, doſis No. VIIII. pro vice aliquot dierum decurſu. *Rolſincius in method. med. ſpec. fol. 840.*

 Ab

Ab extra ante expectatum tempus purgationis menſtruorum, dum ore aperientia ſumuntur, ſequens utile erit, quod:

℞. Ol. cheirin. ℥ij.
è *Croco* ℥j.
adipis gallin. taxi ana ℥ß.
Croci, Cinam. arthem. ana ℈ß.
ceræ. q. ſ.

f. unguentum: quo inungatur imus venter, & ſpinæ regio. *Feyneus Pract. l.4.c.57.f.678.*

Si ſuffitus placeat:

℞. Myrrh. ſtyrac. calamit ana ʒ ß.
veratri alb. rubiæ tinctor.
aſari, centaur. min.
fol. rutæ, arthemiſ.
granor. ſabinæ ana ʒj.
ſchænanth. calam. aromat.
Cinam. ana ℈ij.
Croci ℈j.

f. pulvis ad ſuffitum bene circumtectâ muliere, ne gravitatem capitis patiatur. *idem f.81.*

Licet etiam adhibere in mulieribus ſequentem peſſum aperientem, qui tamen non eſt diu retinendus, ne exulceratio ſequatur, eſt:

℞. Eſſent. vegetabil. ℈ij.
extr. Croci, ſabinæ,
gummm. ſagapen. ana ℈j.

C. melle f. Peſſus ad longitudinem & craſſitiem medii digiti cum filo. IV.

IV.

Hæmorrhoides Uteri.

AJebat Themiſtius Prometheum Japeti filium, lutum illud, ex quo hominem effinxit, non aquâ maceraſſe ſed lacrimis. Hinc dolorem proprium eſſe homini dixit.

Neque cæcarum hæmorrhoidum uteri dolor ab homine alienus eſt.

Et ſunt hæmorrhoides cæcæ uteri, tubercula hæmorrhoidibus ani ſimilia in uteri cervice exiſtentia, ab affluxu ſanguinis fæculenti & craſſi oſcula vaſorum in tumorem attollentis, excitata. *Hæmorrhoides uteri cacæ quid?*

Ubi dolorem inferunt:

℞. ℴℴ nymph. chamomill. ana ℥j.
ſucci lactucæ ℥ij. farin. hord. ℥j.
ebulliant, & add:
Croci ʒj.
vitell. ovor. No. III.
f. cataplaſma.

Vel

℞. Unguent. popul. ol. roſ.
ol. amygd. d. butyr. rec. ana ℥ß.
Croci ℈j.
vitell. ovi No. I.
f. unguentum. Ubi dolor magis urgeret, adde opii aliquid. *Sennertus.*

Feyneus, dum dolor adeſt cum cancro, for-

formant peſſulos ex *Croco*, lacte muliebri, opio, & æſypo. *vid. ejus Prax. Med. c. 48. f. 657.*

V.

Hyſterica paſſio.

Seneca. TEmpeſtas minatur antequam ſurgat, crepant ædificia antequam corruant, prænunciat fumus incendium. Non diſpari modo in Hyſterica paſſione triſtis aſpectus, ſonitus in ventre crocitûs corvorum, & ſibili ſerpentum inſtar, futuram hyſtericam tempeſtatem ominantur, nec minus laſſitudo corporis, crurum imbecillitas, ceu fulcra humanæ fabricæ labaſcentia, vaporesque & fumi ab utero aſcendentes imminentem, & mox ſubſequuturum paroxyſmum præſagiunt.

Hyſterica paſſio quid? Eſt autem hyſterica paſſio ſymptomatum congeries nunc actiones naturales, animales, nunc vitales per periodos oppugnans cum refrigeratione totius corporis, à vapore maligno ex utero ob ſemen corruptum: vel ſecundum Neotericos à depravatis ſuccis uterum vellicantibus, convellentibus, & in conſenſum trahentibꝰ totius corporis membranoſas & nervoſas partes, ortum ducens.

Hîc conducunt omnia medicamenta, quæ vel uterum corroborare, vapores malignos diſcu-

diſcutere, ſanguinem menſtruum propellere, vel ſemen extinguere valent.

Ut autem cauſæ ſemper attenditMedicus, ſic ſequentia commendamus:

℞ ſuccor. meliſſ. borrag. depur. ana ℔ij.
Croti opt. ʒj.

Infund. deſtill. in B. de hac aqua cochl. j. cum juſculis miſceri poteſt. *Riverius.*

℞ Extr. caſtor.
eſſent. Croci ana ℈ß.
ſal. perlar. gr. vj.
ol. ſuccin. gt. ij

M. & c. aq. arthemis. & meliſſ. exhibeatur. *Hartmannus in Pract. Chimiatr. f. 181.*

Petrus Poterius quoque extractum ſuum hyſtericum *Croco* inſignivit. *vid. ejus Pharmacop. Spagyr. l. 1. f. 360.* Doſis ejusdem à ʒſ. ad ʒj.

Marcus Gattinara Prax. Med. l. 19. f. 273. talem pulverem præſcribit:

℞ ſem. agni caſti, dauci,
cinam. *Croti* ana ℈ß.

M. f. pulvis ſubtilis: ſumatur c. aq. nepetæ arthem. bugloſſ. ana ℥j.

Vel

℞ cinam. opt.
ſem. amios, ſeſel. ana ℥iiß.
cymin. ℥iij. fænicul.
apii, carui, ana ʒiß.

Nuc.

Nuc. moſchat. calam. aromat. galang. ana ʒiſ. Zingib. macis, garyophyll. ana ℥j. *Croci or.* ʒiiiſ. f. l. a. pulvis ſubtiliſſ. *Zacchar. Neucranz.*

Ab extra ſecretiſſimum, & hactenus in plurimis Magnatibus expertum emplaſtrum uterinum pretioſum, quod *Crocus* magnificat, huic opuſculo inſerendi licentiam impertivit *Excell. Vir. D. Matth. Franc. Hertod Medicus nominatiſſ. Patr. mihi omni ætate colendiſſimus*, cujus hæc eſt deſcriptio:

Emplaſtrum ſecretiſſimũ.

℞ ceræ alb. in vino odoratiſſ. lot. ℥iij.
vel hujus loco gummi galban. in aceto q. ſ. ad pultis formam ſolut.
extract. *Croci*
caſtor. ana ℥ß.
oo ſuccini, coriandr. deſtill. ana ʒij.
Sal. matris perlar.
corall. rubr. ana ʒiij.
arthemis. tanaceti.
valerian. nepetæ ana ʒj.
jovis anglici, meliſſæ,
diptamni ana ℈j. gr. iij.

M. Coq. lentiſſ. igne ad emplaſtri conſiſtentiam.

Vel injiciatur hic liquor in uterum, qui:

℞ Aq. naphæ ℔j.

Ocymi

Ocymi caryophillat. ℥iiij. galliæ moſchat. ʒij. galban.ʒiij.moſch. ambræ ana gr. V.Syr.de arthemis. ℥iij. *Croci pulver.* cinam. garyophyll. ana ℈j. M. *Mercatus Prax. Med.*

VI.

Διςοκία, ſeu partus difficilis.

Liberorum gratiâ quis omnia fortaſſe audebit. Horum gratiâ ſæpe non exhorreſcit viva Mater vivum ſibi fœtum exſcindi. Quod etſi durum ſit pati, & plenum periculo, non timet, etſi mori contingeret, ſed æquo animo moritur, dummodo filium relinquat: inter prima namque felicitatis dona numerantur filii. *Procop. de bello Perſ. l. 1.*

Et eſt partus difficilis actio uteri, quæ fœtum expellere deberet, impedita, ob fœtum magnum, aut debilem non rumpentem membranas, vel planè mortuum, aut molam conjunctam ſecum habentem: vel ob matris debilitatem, reſpirationem difficilem, vias non ſatis lubricas, vel ſpirituum abſumptionem ab evacuatione nimia, aut præcedente aliquo morbo, &c. ortum ducens. *Partus difficilis quid?*

Franc. Joel. mox notando pulvere in mulieribus difficulter parturientibus felici cum ſucceſſu ſemper uſus fuit, qui eas facilè liberat, & fœtum ſine noxa educit, qui:

℞. bor-

℞. borracis ℈ij. ſuccin. albiſſ. ℈j.
Croci ℈ß.

tenuiſſimè trita M. & cum hauſtu vini parturientibus exhibeatur.

Henricus ab Heer præ aliis talem commendat pnlverem:

℞. teſtium equi præpar.
borrac. venet. ana ʒj.
Croci ℈j.

Exhibeatur in aq. arthemis. cum vino deſtillata.

Mirabilis quoque eſt pulvis *Joann. Prævotii* cum mulier parere non poteſt, &:

℞. Pulver. cort. caſſiæ fiſtul. ℥ſ.
cinam. ℈ij. Croci ʒß.

Detur c. vino malvatico: vel ebulliant in vino, & colentur, ac vinum exhibeatur. *Select. Med. f. 108.*

Efficax etiam eſt pulvis Florenzolæ, qui talis eſt:

℞. cinam. el. diptamn. alb.
caſſiæ lign. cort. caſſiæ fiſtul.
Croci, meliſſ. ana ʒß.

M. f. pulvis ſubtilis, ac detur tribus vicibus in brodio cicerum rubr.

Vel

℞. Sabin. ℈ij. myrrh.
borrac. ana ℈ß.
cinam. ℈j. *Croci* gr. x.

f. pul-

f.pulvis.detur c. aq.lil.alb.vel melius cum vino odorifero,vel malvatico: & ab extra inungatur venter *ol.Croci vel* lil. alb. & videbis effectum mirabilem etiam exiſtentibus in periculo mortis.

Specificus nobis eſt pulvis qui ſequitur:

℞. Jecor. anguillæ in furno panis exſiccat. ℈j.
nucleor. perſicor. No. VII.
cruces 5. ex nucibus juglandibus
Croci gr. vij.

Pulvis ſpecificus.

detur c. aq. vel decocto conſolid. regalis, aut alio vehiculo conveniente, velut aq. arthemiſ. lil. alb.

Pulverem contra difficultatem partûs Dorncrellii, ut & Helidæi de Paduanis nunquam ſatis commendandum *Crocus* quoque exornat.

Vel

℞. Caſſiæ lign. gr. xij.
diptamn. alb. ℈ß.
ſuccin. alb. gr. viij.
borrac. venet. ℈j. ſem. lavend. gr. iiij. myrrh. rubr. gr. vj. *Croci* ℈ß. M.

Sgr. Nothpulver / detur in ſequenti aqua:

℞. Aq. lil. alb. ℥ſ.
puleg. arthemis. ana ʒiij.
tinctur. caſſiæ lign. ʒij. M.

Ab epoto & repetito mox deſcribendo medicamento mulierem quandam duas puellas

peperiſſe omninò luteas recenſet *Amatus Luſitanus curat. med. cent. 5. f. m. 71.*

Colorem hunc â *Croco* contractum fuiſſe Author aſſerit, ubi lota utraque alba evaſit.

Quod an poſſibile ſit, in quæſtionibus noſtris infra diſcutiendis ad veritatis incudem devolvemus; medicamentum tale fuit:

℞. Cinam. opt.
troch. de myrrh.
Croci opt. ana ʒß.

Omnia optimè & ſubtiliſſ. triturentur, & generoſo vino excepta bibenda propinentur.

℞. Flor. cheiri, borrac. venet.
ſuccin. alb. præpar.
raſur. lign. ſabinæ
galliæ moſchat.
Croci or. ana ℈ß.

Confect. alkerm. ʒß. margarit. præp. ℈ß. M. c. aq. cinam. parum & illicò bibat.

Hoc inter omnia partum provocantia medicamenta primum locum meritò obtinere non ſolummodo ad partum facilitandum, verum ad ſecundinas retentas, fætum mortuum expellendum præſentiſſimum eſſe remedium, innumerabiles mulieres cum *Franc. Moræo Bruxilienſi* obſervarunt. *vide ejus opus de febre maligna noviter editum. fol. 171.*

Vel

℞. Borrac. ʒj. vel ℈iiij.

Ci-

Cinam. *Croci* ana ℈j.
zingiber. ℈ß.
C. confect. alkermes (quæ præterquam quod corroboret, ſopitam etiam facultatem excitat) f. bolus. *Felix Platerus Prax. Med. f. m. 463.*

Sennertus l. 3. Pract. f. 417. Singulariter ait promoveri partum per ſequentes trochiſcos:
℞. Secundin. & chordæ umbil.
in furno exſiccat. & pulveris. ʒij.
cinam. ʒj. *Croci* ℈ß.
C. ſucco ſabinæ f. trochiſci; dentur ʒij. in vehiculo apto. Vel:
℞. Spir. ſecundinar.
Croci ana ʒij.
M. doſis gutt. 30. 40. in vehiculo convenienti.

Vel

℞. Ol. ſuccini. puleg.
Croci ana gt. ij.
ſacchar. ℈ß. f. mixtura
exhibeatur c. aq. pulegii & lil. alb. ana ʒſ. eſt probatiſſimum.

Vel dentur difficuler parturientibus ex intervallis de ſequenti decocto ℥iij.
℞. Rad. aperient. ℥j.
beton. arthemiſ. origan. matricar. pulegii. praſſii ana Mj. ſem. aniſi, apii, fænicul. ana ʒij. Coq. ad ſelibram, & in percolato jure diſſolve ſacchar. q. ſ. cinam. ʒij. *Croci* ʒß. *Feynens Prax. Med. f. 722.*

Vel

℞. Rad. diptamn. ʒß.
aristol. ☉.
rubiæ major.
cort. caſſiæ fiſtul. ana ʒij. herb. arthemiſ. pu-
leg. ſabinæ ana Mj. flor. lavendul. chammo-
mill. cheiri ana pj. cinam. ʒiij. *Croci* ʒj. coq.
in vino alb. bibat de eo hauſtum. *Felix Pla-
terus Prax. Med. f. m. 462.*

℞. Aq. arthemis. comp. ℥iij.
eſſent. arthemiſ. meliſſ. ana ʒj.
Croci (quæ ſingulariſſima eſt) ℈ij.
Syr. arthemiſ. compoſ.
de canella ana ʒiij.
M. pro duabus doſibus.

Vel

℞. Aq. meliſſ. arthemiſ.
cinam. hyſter. ana ℥j.
myrr. el. ʒß.
ſuccin. præpar. ℈j. *Croci* ℈ß.
f. potiuncula actu calidè haurienda. *Balthaſ.
Timæus* von gülden Klee/ *caſ. med. f. 223.*

Vel

℞. Borrac. venet. ʒſ.
Croci, ſuccin. alb. ana ℈ß.
aq. arthemiſ. ſyr. menth. ana ℥j.
M. *Guerner. Rolfinc. in meth. med. f. 840.*

Ab extra peſſus uterinus talis fieri poteſt:
℞. Galban. ✝to diſſolut. ʒj.
myrrh.

myrrh. ℥ij. *Croci* ℥j.

C. ☉ irino f. peſſus. *Sennertus.*

Vel inungatur umbilicus, pecten, pudenda, ſequenti linimento, quod:

℞. *Ol. Croci per inſolationem*, cheiri, lil. alb. ana ℥ſ.

extr. *Croci* ℈j.

axung. ſerpentum ℥ij. ceræ modicum f. linimentum: hâc cautelâ, ut enixo fœtu hoc linimentum ob hæmorrhagiæ gravioris metum diligenter abſtergatur.

VII.

Dolor poſt partum.

Adeo adverſis experimentis pertinaces ſumus, ut bella victi, naufragi maria repetamus.

Affert oblivionem transacti doloris futura ſoboles: nihil enim dulcius hominum generi â natura datum eſt, quam liberi. *Cicero Orat. ad Quirit. poſt redit.*

Eſt autem dolor poſt partum triſtis ſenſatiô uteri â ſanguine grumoſo, vel lochiis non rite fluentibus, aut ſolutione continui, ortum ducens. *Dolor poſt partum quid?*

In his doloribus ſequens medicamentum expertum eſt *Helvicio.*

℞. *Croci* ℥ß. macis ℈j.

trypher. magn. ℥ß.

M. pro 2. doſibus in vino calido exhibendum.

Vel

℞. Sem. ſeſel. cumin. zedoar.
galang. *Croci*, caſtor. ana ℈j.
ol. cinam. gt. v.

M. f. pulvis pro 3. doſibus ex aq. puleg. & vino rhenan. alb. invicem mixtis, &c. vitell. ovi, macere, paucoque ſaccharo in forma juſculi aſſumendus; *Balth. Timaus caſ. med. fol. 229.*

Vel

℞. Sem. ſeſel. ʒij. cumin.
aneth. carui ana ℈ß.
cort. aurant. rad. zedoar.
galang. ana ℈ij. *Croci* ʒß.

M. f. pulvis, detur in ſcatula. doſis 2. 3. cuſpides in juſculo.

Ubi dolor â ſanguine grumoſo provenit, hoc brodium pluries expertum habemus, quod:

℞. Rad. gramin. ℥ſ.
herb. cherefol. Mj.

Coq. ex aq. font. in ventre pulli, addito *Croco*, & macere ad libitum.

Vel

℞. Aq. leviſtici ℥ß.
ſpir. Croci ℈ß.

M.

VIII.

Mola.

NOn tantum Parentum vitio ſæpius cæci, claudi, mutili, aut alioquin morbidi fœtus eduntur: verum etiam bruti, ſtupidi, & ad inſignia mala proclives, imò permiſſu DEI ob libidinem, nimirum indecentem congreſſum, pravam imaginationem, & ſimilia, prodigioſos partus, imò monſtra & oſtenta generari, teſtis eſt *Joann. Remelin. in catoptro Microcoſm.*

Eſt autem Mola, maſſa ſine oſſibus & viſceribus ex imperfecta conceptione, ſeminis tum maſculini, tum fæminini vitio, loco fœtûs genita. *Mola quid?*

Ad quam expellendam, excellens eſt hic pulvis, qui:

℞. Pulver. troch. de Myrrh. ʒvj.
aſſæ fœtid. ʒj. diptam. cret.
pulver. ſabinæ ana ʒij.
ſuccin. alb. præpar. ʒj. borrac. mineral. ʒij. cinam. caſſiæ lign. ana ʒiß. *Croci or.* ʒß. f. pulvis. doſis ʒj. ʒij. in decocto cicerum rubr. c. rad. petroſelini.

Vel

℞. Cinam. el. ariſtol. long. ana ʒj.
fol. ſabinæ ʒij.
rad. aſari, *Croci*

laccæ ana ℥ß.

ſem. rutæ ℈ij.

tenuiſſimè pulveriſata M. cujus ℨj. manè & veſpere cum hauſtu vini rhenani ebibatur. *Joël l. 8. ſ. 3. f. 484.*

IX.

Secundinæ retentæ.

DUm natura in opere ſuo deficit, exercere oportet evacuationem, & defectus ejus arte ſupplendus *Hipp. 2. aphor. 20. & 22.*

Urgent ſecundinæ naturalem ſui excluſionem, quibus retentis cum graviſſima ſymptomata, imò mors ipſa ſubſequi poſſit, ut quantocyus eliminentur, omni arte laborandum eſt.

Secundinæ retentæ quid? Retinentur autem p. n. ſecundinæ: quæ ſunt membranæ fœtum involventes ob firmam cum fundo uteri connexionem, vel ſi ab utero jam ſejunctæ, inſtar pilæ convolutionem, aut oris uteri clauſuram exortæ.

Ad has expellendas ſequens pulvis expertus eſt;

℞. Cinam. el. raſur. eboris,

Croci ana ℨj.

detur in vino odorifero.

Nicolaus Tulpius obſerv. med. l. 4. c. 41. f. 363. ſequentem in plurimis puerperis expertum vidit:

℞. Bor-

℞. Borrac. venet. ſuccin. alb. ana ℈j.
Croci, caſſiæ ligneæ,
caſtor. ana ℈ß.
M. f. pulvis,

Franc. dele boë Sylvius hunc extollit:

℞. Myrrh. rubr. ℈j.
Croci Auſtr. ℈ß.
borrac. venet. ʒß.
cinam. acut. gr. viij.
M. f. pulvis in 2. doſes dividendus.

Balth. Timæus von gülden Klee/talem præſcribit pulverem:

℞. Raſur. oſſium dactyl.
troch. de myrrh.
ſuccin. alb. *Croci* ana ℈iß.
M. f. pulvis pro 6. doſibus ex vino calido manè, veſpere, & poſt meridiem ſumendus.

Stockerus in Empyrica f. 127. hoc ordinat:

℞. Mithridat.
Croci ana ʒj.
Detur cum vino.

Decoctum ſquinanth. adjecto *Croco* ſumtum ſecundinas expellit, & dolores mitigat. *Ludov. Bonaciolus de format. fœtus f. m. 312.*

X.

Lochia retenta.

INter præcepta vitæ politicæ, quæ vetuſtas gravi authoritate ſancivit, hoc non minimum eſt: temerè non eſſe mutandas veteres leges.

Lex naturæ poſita eſt lochia & puerperia poſt partum debitè evacuari: quam ſi non obſervat, temerè mutat, vel eadem diminutè evacuat, aut omnino ſupprimit, eadem multorum malorum cauſa exiſtunt. *Galenus* j. epid. comment. 3. textu 73. Cujus hiſtoria eſt apud *Hippocratem mod. alleg. loco.*

Lochia retenta quid? Et ſunt lochia retenta, ſanguinis toto geſtationis tempore in vaſis circa uterum diſſeminatis collecti poſt partum p. n. retentio.

Multum hic valet pulvis *Phil. Grylingii lib. 4. Pract. part. 4. f. 453.* deſcriptus, qui:

℞. antophyll. cinam. el.
nuc. moſchat. macis,
Croci, Sabinæ, margarit. præp. ana
q. V.

M. doſis ʒj. in vino.

Ubi cum lochiorum retentione inſignis ſanguinis perturbatio cum vomitu, ſiti, & vigiliis adfuerit, laudanum *Croco* admixtum felici cum ſucceſſu ſæpius exhibitum novit *Clariſſ. D. Thomas Willis, &* vice julapii refrigerantis ſequentem mixturam: ℞. Aq.

℞. Aq. puleg. meliſſ. ana ℥iij.
hyſter. ℥ij.
Syr. arthemis. ℥iſ.
tinctur. Croci ℥ij.
caſtor. in petia ligat. & ſuſpenſi ℈j.
M. propinentur hujus cochl. 3. aut 4. aliquoties in die. *vid. tractat. eruditum de febrib. f. 285.*

CAPUT XXI.

De Febribus.

URgentiſſimum ſymptoma, & quod maximè febricitantes affligit, ſitis eſt. Ejusmodi hominem ardentiſſimâ ſiti confectum, quem Dipſas momordit pulchrè deſignant Hieroglyphici, cujus ſerpentis morſus adeò inflammat, ut demorſi propemodum exardeſcere, ac igne velut concremari videantur. Hoc hieroglyphico ſymbolo inſignita olim columna, in qua Vir moribundus celatus erat, cujus pedes ſerpens impactis dentibus affligebat, ſpirisque volubiliter implicabat appoſitis ſtruthionum ovis, quibus hic anguis maximè inſidiatur, in litore quod è regione majoris

Syrtis

Syrtis inter Lybiam & Ægyptum porrigitur, viſenda erat.

Febris quid? Franc. Piens. Eſt enim febris affectus, quo ex cordis irritatione orta à fermentatione humorum diſproportionata cum pulſu celeri, ſæpè & inordinato, magis minusvè auctiore calore p. n. & ſiti ſe habet in iis, quæ ſanitatem conſequuntur.

Præmiſſis præmittendis inſignis eſt pulvis febrifugus Plateri, quem *Crocus* venuſtat, &:

℞. Pulver. cancri fluviatil.

Cranii human. raſur. ebor. ana ℈j. cinam. ʒſ. *Croci* ℈j. f. pulvis. doſis ʒj. cum vino: *vid. Pract. ejusdem fol. 160. ut & Gammarolog. D. D. Sachs à Lewenheimb f. 721.*

In febri quartana ſequens emplaſtrum ſecretum fuit Principi Anhaltino, quod adeo extrahit miaſma febrile, ut ſubindè etiam puſtulas excitet, &:

℞. Piper. ſalis
Croci pr.
allii, quod terra tegitur, ana q. ſ.

M. contund. in mortario ad formam cataplaſmatis, inde nodulo, & applica in ſiniſtra manu digiti annularis externæ parti: eadem horâ, quâ impoſitum eſt, deponatur, & repetatur ante paroxyſmum.

Vel

℞. telam aranearum,

ferment.

ferment. ſambuc.

ʒtum roſ. *Crocum*,

M. ſimul, applicentur pulſibus & cordi. In hyrundinum ventriculo lapillos inveniri tradunt nonnulli, ut *Alex. Trallianus l.1. c.15.* Sextus Dioſcorides, qui teſte Marcello contra febres quartanas proſunt *Croceo linteo*, vel panno involuti, linoque ad collum ſuſpenſi.

In febri quotidiana *Henric. Regius conſil. Med.* talem præſcribit bolum:

℞. Theriac. ℈ij.
extr. carduib. ℈j.
Croci or. gr. iiij.

M. f. bolus ſudoriferus.

In febri ſyncopali, ubi hæc oritur ob corpus adeò rarum, *Foreſtus* ſequens applicat epithema:

℞. Aq. roſar. ℥viij. acetos.
nymph. bugloſſ. ana ℥iij.
ſantal. omnium,
corall. utriusque ana ʒ ß.
Croci ℈ß. vini alb. opt. ℥ſ.
camphor. gr. iij.
f. epithema cordiale.

In febre maligna & petechiali, præter perſicariam, quæ hac in febre ſpecifica eſt, laudem meretur ſequens pulvis, qui:

℞. ſcor-

℞. ſcorzoner. ſcordii
C. c. uſti præpar.
ſal. prunell. ana ℥j.
camphor. ℈ij. gr. V.
Croci ℈j.

M. f. pulvis. doſis ʒſ. vel ℈ij.

Alium pulverem cum *Croco* deſcribit *Claviſſ. Rolfinc. meth. med. ſpec. l. XI. c. 1.*

Ad calorem temperandum, & roborandum cor, ſuo unguento & aquæ cordiali extrinſecæ *Crocum* quoque addit *Brunerus in conſil. 43. f. 246.* vel applicetur ſequens epithema cordiale:

℞. Pulver. diamarg. frig. ʒij.
gran. Kermes corall. præp. ana ʒj.
Croci or. ʒß.

Aq. meliſſ. borrag. acetos. ana ℔j. vini cretici ℔ß. M. *Petrus Poterius Obſervat. & Curat. cent. 2. f. 169.*

In ſudore Anglico pilulis ſuis præſervantibus addit etiam *Crocum Frid. à Fonſeca.* Sudorem Croceum obſervavit *Fabric. Hildanus cent. 6. obſerv. 77.*

In variolis ad eorundem expulſionem ſequens pulvis eſto:

℞. ſem. raparum ℥iiij.

C. c. uſti ℥iiij. ſem. melon. ℥v. carduibened. citri ana ℥iij. carbonum tiliæ ℥ij. myrrh ʒj. carthami ʒj. *Croci*, camphor. ana ʒß

fol. auri laminat. No. X. M. f. pulvis: detur in aq. cannabis.

Ad eorundem exſiccationem hoc conducit decoctum.

℞. Aq. fluviatil. ℔ij.
ſalis ℥ſ. lupin. hordei ana p℔.
Croci ʒj.

Bulliant, & c. goſſypio in hujusmodi aqua macerato tangantur puſtulæ. *Haffenrefferus. de cutis affect. c. 4. l. 2 f. 308.*

Ubi pulmones infecti à variolis reſpirationem difficilem efficerent, ac perniciem minarentur, abſente calore præternaturali, ſequens convenit:

℞. Zedoar. glyzyrrh. ana ʒj.
Croci ℈ß.
gummi ammon. c. aq. juniper. ſolut. & percolat. ℈ij.

M. c. ſyr. de hyſſopo, & crebrò deglutienda ori inſerantur. *Franc. Joel. l. 9. ſect. 5. f. m. 520.*

Excell. D. D. Marcus Marci quondam Pragæ Profeſſor & Practicus emeritus, in variolis ubi catarrhus jungebatur, ſyrup. violar. ℥ſ. vel. ℥j. c. gutt. 30. *Spir. Croci* feliciter adhibuit, & ſæpius repetivit.

Eodem etiam ſpiritu ad gutt. 30. in quo gr. iij. camphor. ſolut. ſint cum vehiculo in febribus frequenter uſus eſt.

Ad

Ad præſervandam totam faciem à variolis lavetur ter in die facies c. aq. roſar. in qua aliquid *Croci* ſolutum.

Ad præſervandos oculos in variolis utimur eâdem aquâ roſarum *Croco* benè tincta, *Gryling. Prax. med. l. 1. c. X.*

Vel

℞. Aq. plantag. roſar. ana ℥j.
ſmaragdi præp. gr. Xij.
margarit. præp. gr. vj.
Croci gr. iiij.
camphor. gr. iij.

M. pro collyrio.

Vel

℞. Pulver. fol. ſumach. ʒj.
ſem. coriandr. præp. vel myrtill. ʒſ.
Croci ℈j. camphor. ℈ß.
aq. roſ. vel plantag. ℥viij.

M. *Grylingius Prax. Med. f. 114.*

Vel

℞. Aq. plantag. conſolid. regal.
cyan. album. ovor.
fœnicul. ana ℥j. roſar. ℥ſ.

Sem ſumachi ʒj. cort. granat. ʒſ. flor. roſ. rubr. balauſt. ana pj. ebulliant ſemel atque iterum, colentur, add.

Sief. alb. ſ. opio. ʒj.
Croci gr. vj.
camphor. gr. iij.

M. te-

M. tepidè in oculos inſtillanda, & extra cilia madefacienda cum linteolo.

Peſtis.

FLagella quibus jubente rerum omnium Moderatore improbitas hominum caſtigatur, præter famem & bellum, Peſtis eſt: mortifera illa contagio, ubi parentum funera filiorum funeribus ſæpè miſcentur, nec ſæpè aliud penè eſt una domus, quam unum funus. *Flagella hominum.*

Tribus his flagellis DEUS quartum addidit pro divitibus: Litem nempè, qua ipſi affligantur, atque per hanc ſuis opibus exuti in pauperum ordinem cum extrema miſeria redigantur, ubi ſecus cum divites ſunt, aliorum fame plus plerumque diteſcant: in bello fere ſemper triumphent: peſtem verò Parthos imitando, & fugâ contra eam pugnando, facilè eludere poſſint. Quæ eſt morbus epidemius contagioſus, humano generi ſummè infeſtus ex miaſmate venenato ab aëre primum ſuſcepto, dein per contagium propagato ortum ducens, irritationem cordis magnam cum gravioribus ſymptomatibus, quam quæ ex cauſis cognoſci poſſint, infligens. *Peſtis quid?*

Contra hunc affectum ſummè pugnat ſequens Paracelſi in omnibus febribus, præcipue peſte inſigne ſudoriferum:

 ℞. Æris

℞. ♀ris purgati, id eſt flor. ℥x.
myrrh. ℥iſ. aloës hepat. ℥j.
Croci ℥ſ.

M. f. pulvis, ſumendus c. aceto ſcillæ aut rutæ.

Alium pulverem *Croco* clarum deſcribit *Joann. Bokelius Phyſic. Hamburg. in regim. Peſtis f. 86.*

Pulvis Cæſaris contra peſtem talis eſt:
℞. Spec. theriacal. Androm.
mithrit. opt. ana ℨvj.

boli armen. ♀ris correct. C. C. ana ℥ſ. zedoar. zingib. ana ℨiij. diptamn. cret. tormentill. pimpinell. gentian. ana ℨij. ℈ij. camphor. ℈iiij. myrrh. *Croci* ana ℨj. oſſ. de C. C. ℈ij. M. f. pulvis: aſpergatur pauliſper aquâ vitæ. *Thom. Jordan. de peſt. phœnomen. f. 515.*

Jodocus Willichius in ſuo pulvere expulſivo, rotulis expulſivis, ut & maſſa ſua expulſiva *Crocum* veneratur: *vid. ejus conſil. Med. f. 644. & ſeqq.*

Poſuit etiam Crocum in pulverem curativum Facultas Medica Marpurgens. 1597. præſcriptum. *vid. Carduumbenedict. Chriſtoph. Petri f. 174.*

Hos omnes exſuperat bezoardicum animale verum, ſeu genuinus pulvis curativus Mutzleri paucis notus, & quem Author in ſuo libello ſubticuit, eum pariter *Crocus* condecorat.

Et

Et meritò quidem: expellendo enim à corde virus peſtilens, prodeſt *Crocus* in peſte. *Hieronymus Bock. f. 286.*

Flores diaſulphuris compoſitos contra peſtem cum *Croco* deſcribit *Ganſius in Corall. hiſtoria f. 154.*

Avicennas ſuas pilulas præſervativas ſic conficit:

℞. Aloës part. iij.
myrrh. part. ij.
Croci part. j.

C. vino generoſo f. pilulæ.

Pilulas Ruffi in peſte maximè laudatas ſic conficit *Iſaacus Röet in peſt. adumbrat. l. 3. aphor. 32. f. 70.*

℞. Aloës roſat. ℥ij.
ammoniac. in guttis ℥ij.
myrrh. ℥j. *Croci* ℥ſ.

Infund. ſpir. vini ad tincturam extrahendam, dein evaporetur tinctura q. ſ. ut f. maſſa pro pilulis.

Crato tales ordinat pilulas antipeſtilentiales:

℞. Aloës roſat. ℥j.
myrrh *Croci* ana ℥ſ.

agaric. troch. ʒij. rhab. el. ʒj. boli armen. ℈ij. ign. aloës, diptamni alb. margarit. præpar. ana ℈j. C. ſucco limonum f. pilulæ parvæ: doſis ʒj. ſingulis ſeptimanis.

 Aliæ

Aliæ ſic concinnari poſſunt:

℞. *Croci* myrrh. camphor.

C. C. ſpodii ana ℨj.

lign. aloës, been candidi ana ℨß. terr. ſigill. zingib. ana ℈ij. ambræ ℈j. fragment. hyacynth. ſmaragdi, granator. benè præp. ana ℈ß. agaric. el. rhab. el. ana ℥ſ. aloës ex veſica ad pondus omnium.

C. ſyr. limon. f. maſſa pilularum. doſis ℨſ. paulo ante cibum.

Pilulas alias contra peſtem deſcribit *Timæus* von gülden Klee/ *Croco* inſignitas *Epiſt. Med. f. 326.*

Additur præterea *Crocus* pilulis antipeſtilentialibus ab *Ampliſſ. Facult. Medica in illuſtri Giſſena anno 1626.* ordinatis. *vid. Gregor. Horſtium T. 2. l. 7. obſervat. 29. Elaphographiam Andr. Grabbæ f. 237.*

Mutzlerus in ſuo bezoardico animali alias deſcripſit pilulas non contemnendas, quas etiam *Croco* commiſcuit. *f. 157.*

Inſinuat ſe quoque *Crocus* ſyrupo *Unzeri* contra peſtem. *Antidot. l. 2.*

Veneratur præterea *Crocum* antidotus de Scorzonera Philipp. 2. Hiſpan. Regis. *vide Scorzoneram Curioſ. Nobiliſſ. Præſidis noſtri f. 140.*

Neque abeſſe voluit *Crocus* in antidoto Hiſpanica, cujus hæc eſt deſcriptio:

℞. The-

℞. Theriac Andromach. ℥iij. mithridat. venet. ℥iß. el. de ovo Maximil. diaſcord. Fracaſtor. ana ℥ß. extr. gentianæ, angelicæ ana ʒj. gr. xv. hellebor. nigr. ʒj. *ol. Croci* ℥ß. ol. citri, roriſmar. garyophyll. carab. alb. rutæ, camphor. nuc. moſchat. juniper ana ʒj. balſam. ♀ris ℈j. terr. ſigillat or. ʒiß. boli armen. præparat. ʒj. magiſter. perlar. ſolubil. C. C. ana ℈ij. gr. v. ſpec. de gemm. frigid. diambr. diatr. ſantal. hyacynth. liberant. ana ℈iiß. bezoar or. ʒiiß. confect. Alkerm. ʒiß. rad. angel. acori, ariſtol. ☉. diptamn. alb. gentian. hyrundinar. pimpinell. petaſitid, valerianæ zedoar. ana ℈ij. gr. v. C. ſyr. de acetos. citri q. ſ. f. electuarium. doſis ʒß. vel ℈ij. ad ʒj. pro præſervatione grani juniperi, aut piſi magnitudo.

Electuarium ſanitatis expertum in Moravia hoc quondam fuit:

℞. Aloës opt. terr. ſigillat.
boli armen. ana ℥j.
rad. diptamni alb. carlinæ
angelic. myrrh. el. ana ℥ſ.
camphor. gumm. ammoniac. *Croci Auſtriac.* rhab. el. ana ʒj. theriac. venet. ℥ſ. mellis deſpumat. q. ſ. f. electuarium.

Qui morſulos habere cupit, utatur morſulis Ferdinandi I. contra peſtem, quorum deſcriptionem tradit, *Wittichius in conſil. Germanic.*

manic. f. 22. ut & Clariſſ. Præſes noſter in Scorzanera ſua curioſa f. 64.

Cui rotulæ arrident:

℞. Extr. helenii zedoar.
angel. pimpinell. ana ℈j.
Croci ℈ß.

cremor. ſulphur. ℈iß. magiſt. C. C. ℈ß. ſal. corall. perlar. ana ℈j. lapid. bezoar. veri ℈ß. ℅ ſtill. angelicæ, ſuccini citrin. ana gt. iiij. ſacchar. ℥iiij. diſſolut. in aq. meliſſæ f. rotulæ *Andr. Spenholz de peſte f. 99.*

Ubi jam per cutem ſufficiens vacuatio facta fuerit, tales tamen adhuc rotulæ adhiberi poterunt, malignitati reſiſtentes, & flammam viſcerum extinguentes:

℞. Solut. perlar.
margarit. ana ℈j.
hyacynth.
extr. Croci ana ℈ß.

confect. alkerm. ℈j. ol. de cort. citri gt. iiij. ſacchar. albiſſ. in aq. roſ. ſolut. q. ſ. f. rotulæ:

Iſaacus Roëe de peſtis adumbrat. l. 5. aph. 28. f. 84.

Clariſſ. Rolfincius in ſua aqua theriacali omni laude majori minimè *Crocum* præterit. *vid. ejus meth. med. ſpec. l. 11. c. XI. f. 914.* ut & *Tenzelius* in ſua aqua peſtilentiali rubra præſtantiſſima, *vid. ejus tr. d. peſte.*

Qui mixturis delectatur:

℞. The-

℞. Theriac. ℥iß.
camphor. ʒij. *Croci* ℥j.
C. aq. ſolis f. mixtura. *Jordanus de peſt. phænom. f. 517.*

Mixturam contra peſtem talem componit *Rolfincius in Chym. in artis form. redact. f. 267.*

℞. Mixtur. ſ. diaphor. ℥iiij.
eſſent. granor. juniperi cum vino malvat. parat.
eſſent. angelic. rutæ, ſcordii, meliſſ. carduib. gentianæ, ana ℥j, *Croci* ʒij. ſpir. C. C. cum ſale volat. ℥j. ſpir. lign. ſancti, ebani rectif. ana ʒij. ſyr. acetos. citri, ſcordii, carduib. ceraſor. gariophyll. ſcorzoner. ana ℥v. ſtent in digeſtione hor. 24. aſſerventur in vaſe, in quo ſuſpend. nodulus ambræ ℈ß. moſch. ℈j. eſt alexiterium illuſtre. doſis ʒij. ʒiij. in vino ad præſervationem; in aqua ſcordii ad curationem. *Chriſtoph. Petri Collega noſter honoratiſſ. de carduob. f. 190.*

Nec infimum locum tenet *Crocus* in eſſentia bezoardica cujusdam Medici per omnem Europam famigeratiſſimi, cujus deſcriptionem *vide in Scorzonera Curioſ. Michaelis Febrii Præſidis noſtri obſervandisſimi. fol. 145.*

Aliam tincturam bezoardicam in peſte expertiſſimam ſequentem damus;

 ℞. Pul-

Tinctura bezoardica expertiſſima.

℞. Pulver. troch. de vipera rec. præp. ℥iiij.
ſpinæ viperar. ℥ß.
rob. juniperi ℥j.
Croci ℈iiij.

affund. ſpir. vin. alkolizat. ℔ij. ſpir. urinæ pueri vinum bibent. ℔j. ſtent in digeſtione clauſa, donec aureo vel rubicundiſſimo colore tingatur, cola ſervetur in vitro benè munito ad uſum.

Cujus guttæ aliquot in vino, vel vehiculo conveniente cor â veneno præſervant, in majori quantitate materiam malignam per ſudores diſcutiunt, & contra omnis generis venena, & morbos malignos arcanum eſt.

Hâc tincturâ ceu efficaciſſimâ D. D. Matth. *Franc. Hertod. P. M.* Anno 1655. tunc temporis Phyſicus Nicolſpurgenſis ibidem peſte graſſante ſe, ſuosque & me ipſum, pluresque alios præſervavit.

Pro corroboratione & præſervatione *elixir. citri crocatum* in peſte ejusmodi eſſe poteſt:

℞. Cort. citri rec. demptâ
maximâ parte pulpæ
albicantis interior. ℔iiij.

Minutim incide, poſtmodum in 4. menſuris aquæ vitæ ſ. per 24. horas infunde, dein per veſicam ſpiritum omnem infuſionis (qui di-

midia

midia pars fortè erit) deſtilla, ſcies autem totum ſpiritum tranſiiſſe, ſi charta in illo tranſiente madefacta facilè, vel difficile flammam concipit.

Hunc ſpiritum deſtillatum odoratiſſimum tingas c. *Croci* opt. ℥ſ. admixtis ℔ij. ſyr. de ſucco citri.

Liquor hic jucundiſſimus, maximè cordialis, & infectioni aëris reſiſtens prædicatur.

Doſis cochl. j. matutino tempore.

Ab extra ad corroborationem epithemata eſſe poſſunt: ea autem non adſtringant, nec repellant, ſed proprium cordis calorem foveant.

Inter hujusmodi hoc valet, quod:

℞. Aq. bugloſſ. acetos. ana ℥v.
ſantal. purpur. ℈iiij.
cort. aurant. ℈ij.
Croci ℈ß.

M. f. epithema pro corde. *Iſaac. Roet de peſt. adumbr. f. 33.*

Vel

℞. Aq. roſar. ℥iiij.
meliſſ. borrag.
bugloſſ. acetos. ana ℥ij.
aceti roſ. ℥ij.
pulv. flor. roſ. corall. utriusque
ſantal. alb. & rubr. ana ʒiß.

Croci ʒij. camphor. ʒij.

M. in quod panni quadruplicati intincti, & iterum expreſſi tepidè cordi applicentur. *Roland. Capellutius tr. chirurg. de peſt. f. 115.*

Vel applicetur talis ſacculus cordialis:

℞. Rad. valerian. plantag.
pimpinell. angel. ana ʒiij.
flor. tunicæ, roſ. rubr. ana Mij. herb. meliſſ, ocymi, rorismar. ana Miiiſ. ſantal citrin. ʒiiiiſ. ſuccini ʒiij. ſtyrac. calamith. ʒvj. nuc. moſchat. zedoar. cinam. cort. citri ana ℥iij. *Croci integr.* ʒij. camphor. ʒß. ol. angel. gt. xij. concila conquaſſata dentur ad ſacculos.

Hieronymi Capivaccii ſacculum cordialem cum *Croco vid. in aſylo Languent. Chriſtoph. Petri f. 263.*

Vel inungatur cor tali linimento:

℞. Theriacæ opt. ʒß.
ſucci limon. vel citri ℥ſ.
aceti roſ. ʒij. confect. alkerm. ʒß. camphor. ℈ij. *Croci* ℈ß moſchi gr. iiij. f. linimentum.

Vel

℞. Unguent. de nymph. lutea ʒß.
theriacæ Andromach.
mithrid. opt. ana ℥ß.
ſucci borrag. depurat. ʒiij. ol. macis ʒß *Croci* ʒij. ſpec. cord. temperat. pro epithem. cordis ana ʒj. M. f. linimentum. *Iſaac Roet de peſt.*

Pro-

Pro odoramento talis fiat ſacculus:
℞. Roſ. purpur.
ſantal. alb. rubr.
fol. lauri, valerian. caryophyllat. garyophyll, cardamom. nuc. moſchat. ſpicæ nardi, gran. paradyſ. ſtoracis ana ʒij. camphor. ʒi ß. *Croci* ʒj. moſch. ℈j. f. omnium pulvis, detur ad ſacculum. *Rolandus Capellutius tr. Chirurg. de peſt. f. 115.*

Paracelſus in ſuo Xenexdo, quod deſcribit *Clariſſ. D. Thom. Bartholinus in Ciſta Med. & Grylingius Prax. Med. l. 5. p. 2. f. 522.* non excludit *Crocum.*

Ne anthraces, & carbunculi ulterius ſerpant, præter interna ſupra recenſita ſequens ab extra proderit:
℞. Theriac. Andromach.
mithridat. ſapon. venet. ana ℥ſ.
mell. roſ. ℥j. ſalis tuſi ʒj. fuliginis ℥ij. *Croci* ℥ß. vitell. ovor. No. XXX. M. & f. linimentum, applicandum ſupra anthraces in forma emplaſtri. *Carolus Wideman*, von der Peſt / *fol. 129.*

Ad emolliendos & maturandos bubones:
℞. Theriac. Androm. mithrid.
ſapon. venet. ana ℥ß.
ſal. tuſi ʒj. *Croci* ʒij.
vitell. ovor. No. III.
f. l. a. unguentum, illinendum ipſis bubonibus. *idem f. 128.*

Pro

Pro maturativo:

℞. Farin. frument. Miij.
aq. ſcabioſ. ol. chamomill. q. ſ.

Coq. add:

Croci ℈j. M.

Pro mundificativo apoſtematis *Crato* hoc adhibet:

℞. Terebinth. lot. c. aq. ſcabios. ℥j.
ſucci ſcabioſ. ℥ij.
vitell. over. No. I.
Croci ℈ß.

M. f. unguentum.

Caput XXII

De Morbis externarum partium.

I.

Eryſipelas.

Etſi minus formidabilem ægri eryſipelatem eſſe judicent: quod ſi tamen eidem putredo, aut ſuppuratio jungatur malum eſſe dixit *Hipp. aphor 26. ſect. 7*

iti

ita etiam ſi mulieri prægnanti accidat, lethalem eſſe idem pronunciavit. *aphor. 43. ſect. 5.*

Eſt autem eryſipelas tumor levis per cutem expanſus â ſanguine bilioſo tenui, ſeu potius ab acore halituoſo Archéum partis moleſtante, eoque excandeſcente, ortum ducens. *Eryſipelas quid?*

Ad mitigandum Archéum ab intrò multum valet *ſyrupus noſter Crocatus.*

Ab extra verò præter ſuffumigium *cap. de uſu præparat. Croci* dictum, prodeſt ſolus flos *Croci* illitus ipſi parti affectæ *Barthol. Anglic. de propr. rer. l. 17. c. 41.* ut & *pannus crocatus Mynſichti:*

℞. Farin. volat. ℥iij. ſem. hyoſcyam. ℥ij. ceruſſ. lytharg. ana ℥j. *Croci* ʒij.

M. f. pulvis applicandus parti affectæ c. ſtuppa cannabina. *Daniel Angelus de comp. Med. c. 6. f. 64.*

Præter hæc juvat & lac aureum, quod:

℞. Lixivii non acris, aq. papav. errat.
aq. flor. ſambuci ana ℥iij.
aceti ſambuc. ol. ſambuc. ana ʒß.
vitell. ovor. No. II.
Croci, camphor. ana ʒj.

Oswald. Grembſius in arbor. ruin. l. 2. cap. 1. fol. 206.

Aliam aquam crocatam pro eryſipelate deſcribit *idem Author. l. c. f. 207.*

Ubi

Ubi nimium urget inflammatio, *Gregorius Horſtius* ſequens imponendum ſuadet:

℞. Oliban. myrrh. ana ℥ß.
camphor. ℨij. *Croci* ℥ß.
aceti vin. alb. ana ℔j.

Coq. tecto vaſe, in quo poſtea linteamina intincta humectentur, & apponantur.

Mœbius in Anat. Camphoræ c. 23. f. 54.

II.

Arthritis.

Quemadmodum mæſtum negotium ſcabioſi manus: ita moleſtum otium Podagrici pedes dixit *Publius*, nam:

Qui jacet invitus, durius ille jacet
Eobanus l. 3. Horo.

Arthritis quid? Communis hæc Arthriticorum querela eſſe ſolet.

Eſt namque Arthritis dolor cum vel ſine tumore partes articulum conſtituentes infeſtans, â tartaro mucilaginoſo ſalino-nitroſis particulis imprægnato: ſecundum alios ex inflammatoria & repentina fluxione materiæ peculiaris, vel lympha nunc craſſiore, nunc tenuiore ortum ducens.

Ad quem ſedandum:

℞. Flor. ivæ arthet. anthos.
verbaſci, violar.
roſ. rubr. ana pj.

Croci

Croci Auſtriac. ℨß.

Gummi ladan. elemi, tacamahac. ana ℨj. lign. aloës ℨß. rad. ireos flor. ℈ij. maſtich. thuris ana ℨij. ſtorac. calamit. ℨj. Incid. groſ. mod. Sgr. Glieder-Rauch.

Pro anodyno:

℞. Farin. Orobi, piſor.
lentium ana ℥ß.
lini ℨvj.

pulver. flor. chamomill. ℨiij. memilot, citrin. ℨij. *Croci opt.* ℈j. Coq. in ſ. q. aq. flor. chamomill. bonâ decoctione ad ſpiſſitudinem pultis, ubi benè refrixerit, add: vitell. ovor. No. II. ol. chamomill. ℨij. f. cataplaſma tepide applicandum, & exſiccatum renovandum. *Scholtzius in conſil. XII. f. 46.*

Vel

℞. Medull. panis alb. q. v.
Croci parum.

Coq. in lacte bubulo, & applicetur. *Rolfinkius meth. med. ſpec. f. 863.*

Vel

℞. Micæ panis in lacte macerat. ℔j.
Croci ℈ij.
flor. chamomill.
melilot. ana pß.
far. ſem. lini, fænugr. ana ℥ß.
ol. lil. ℥ij.

cataplaſma. *Caſpar. Caldera ab Heredia in Tribunal. Med. f. 228.*

℞. Lact.

℞. Lact. recent. ℥x.
Medull. panis tritic. ʒß. farin. hordei ℥iſ. hermodactyl. ʒvj. *Croci* ʒ:ß. ol. chamomill. ℥ij. *Oswald. Grembſius in arb. ruin. f. 182.*

℞. Medull. caſſiæ noviter extr. ℥j.
ol. roſar. ℥iij.
mucilag. ſem. pſylli ℥ij.

pulver. hermodactyl. ℥ß. *Croci* ʒß. adde ubi deferbuerit inflammatio : ol. chamomill flor. chamomill. pulveris. vel etiam farin fænugræc.

Liberatus de Liberatis in Podagra Politic. conſil. primo de arthrit. f. 266.

℞. Stercor. vaccæ nigr. ℔j.
mellis ℥iij. alumin. ʒij.
ovum integrum, *Croci* ʒß.
boli armen. ℥j

C. aq. veron. roſ. & aceti q. ſ. f. cataplaſma adde in fine : camphor. ʒj. ad ſiſtendas flu xiones. *Finckius in enchirid. Dogmatico-Her met. f. 184.*

Alias hirci ſeptum cum ſtercore caprin & *Croco* poſitum ſuper podagram, diſſolvi & dolores lenit. *Brunfelſius.*

Ubi magis dolor urgeret:

℞. Farin. hordei
tritic. ana ℥iß.

fol. hyoſcyami, malvæ, viol. ana Mj. flo chamomill. Mj. verbaſci, ſambuci, ana M

co

cort. papav. alb. ℥ß. ol. lumbr. terr. ol. papav. ana ℥j. opii, *Croci.* ana ʒiſ.

M. f. cataplaſma calidè applicandum, ſæpiusque renovandum. *Balthaſ. Timæus* von güldẽ Klee *Epiſt. Med. f. 344.*

Vel

℞. Medull. caſſiæ rec. extr. ℥ſ.
mucilag. ſem. pſyllii ℥ß.
Croci. ʒj. farin. fabar, ʒij.
opii ℈j. ol. ranar. ℥ß.

f. cataplaſma calidè imponendum, ſtatim juvat. *Thomas Bartholinus Ciſt. Med. f. 423. ex raris curat. Tancradi Lalii.*

Vel

℞. flor. verbaſci alb.
chamomill.
lilior.
hyoſcyam. c. ſuis capit. ana pj.

Ranar. virid. No.X. ſem. papav. alb. cancror. fluviatil. conquaſſat. c. ſuis cruſtis ana No. XX. limacum. lumbricor. terr. ex vino alb. lot. ana ℥iiij. pingued. taxi ʒvj. ol. olivar. ℔vj. bulliant omnia in vaſe cupreo ad ignem per 2. horas, poſtea f. expreſſio fortis: huic oleo ab aquoſitate ſeparato per coctionem add.

Croci ℥ij.
Camphor. ℥ſ.

Infund. omnia in vaſe vitreo, digerantur-

que in B. M. per aliquot dies, vel ad ſolem. *Rodericus à Fonſeca in conſult. med. f. 350. & 351.*

Qui unguentum habere cupit:

℞. mucilag. ſem. pſyllii c. aq. ſcabios. ℥ß.
extract. Croci ℈j.

M. *Oswaldus Grembſius in arbor. ruinos. f. 182.*

Aëtius ſermon. 12. c. 36. nobile hoc deſcribit medicamentum ad dolores mitigandos, tophos emolliendos, & eradicandos:

℞. galban. thuris, ana ʒij.
aceti ʒvj. *Croci* ʒj.
ammon. ʒiij. picis aridæ ℥v.
ol. roſar. ℥j. ceræ ʒvj.

Ceram, picem, roſaceum igne lento liquefacta excolato: galbanum, *Crocum*, ammoniacum, & thus cum aceto terito, & liquefacta ab igne ablata adjicito. Deſcribit hoc quoque medicamentum nobile *Teuberus de arthrid. ſect. 8. c. 6. f. 116.*

In dolore vehementiſſimo ſuccus papaveris cum *Croco* & lacte ovillo optimus eſt. Experimenti loco quidam hoc habet: ut podagrâ laboranti applicetur ad partem affectam halex detractâ cuticulâ magis ſalsâ cum *Croco*, & liberabitur: ſecetur dein vena, & fiat affectûs transplantatio.

In

In Arthritide vaga ponit unguentum ex ſapone veneto ſpir. lumbricor. camphor. & *Croco*, q. ſ. *Frid. Hoffmannus in method. med. erutidiſſima f. 368.*

III.

Tumor.

RAna in apologo mirata, & inamorata in grandem bovis ſpeciem, mox vento ambitionis inflata, eidem quoquo modo aſſimilari cupiit: ſed miſera hoc voto in ſe cudit fabam; dum enim ſupra corpuſculi vires & naturæ conditionem tumet, atque inflatur, ſpiritum egerit, & mortua diſrumpitur; omne namque nimium naturæ inimicum.

Inimicus eſt naturæ tumor, qui definitur: elevatio partis à ſanguine bilioſo, pituitoſo, melancholico, vel ſucco nutritio ſuperfluo exorta. *Tumor quid?*

Ubi ad ſuppurationem tendit, ut dolor auferatur imponatur ad locum tumore inferiorem *Croci pulvis*, & deſuper ſequens emplaſtrum:

℞. lutei ovor. No. III.
ol. roſar. complet.
butyr. ana q. ſ.
Croci ℈j.
ferment. q. ſ.

M. omnia in formam emplaſtri. *Rodericus à Fonſeca in conſult. med. f. 127.*

Ad teſticulorum tumorem digerendum, & dolorem ſedandum *Franc. Joël* tale apponit cataplaſma, quod:

℞. pulper. malv. pariet. ana ℥j.
furfur. tritic.

farin. volat. in parietibus molendinarum collect. ana ℥ß. pulver. fænugræc. anethi, ana ʒiij. *Croci* ʒj. Coq. in vino ad pultis formam, admiſcendo ol. chamonill. q. ſ. f. cataplaſma. Contra eundem tumorem valet ſequens unguentum:

℞. fungor. ſambuci No. XX.

Infund. per noctem in aq. ejusdem ℥Xviij. Coq. ad expreſſionem, add:

mucilag. ſem. cydon. ℥ij.
ol. ſambuci roſar. ana ℥iß.
Croci deſtill. ℈ß.

M. f. unguentum.

IV.

Scrophulæ.

UT Pyrrhus Epirotarum Rex quondam ſolo contactu pollicis dextri pedis ſplene laborantes curaverat, teſte *Fulgoſ. l. 1. c. 6. ex Plutarchi Pyrrho 1.* Ita hodiè ſingulari proprietate divinitus conceſsâ Reges Galliæ per

ſolum

ſolum̄ tactum̄ ſtrumas ſanant, & deſuper ſormando crucem hæc verba proferunt:

Rex Te tangit
DEUS Te ſanet.

Sunt autem ſtrumæ tumores, vel caro albeſcens, facilè augeſcens, propriâ carne incluſa, aliquando pendula & mobilis, aliquando immobilis & adjacens aſperæ arteriæ, à ſucco nutritio nimio glandularum: vel ſecundum alios à lympha craſſiore in glandulis coacervata concurrente quodammodo acido, exorta. *Scrophulæ quid?*

Huic ſtrenuè opitulatur ſequens pulvis, qui:

℞. ſpong. marin. aduſt. ℥iij.
pallæ marin. ℥ij.
Croci or.
pyrethr. ſalis ana ℥ß.

Zingib. ℥j. galang. paſtinac. ana ℥ß. piper. long. oliban. cubebar. ana ʒij. ſæpiæ marin. pumicis ana ℥j. nuc. cupreſſ. ʒij. piſtentur omnia ſubtiliſſ. & de eo patiens ſumat, quando voluerit. *Stockerus in Empyrica l. 1. c. 23. f. 58.*

Vel

℞. Pulver ſpongiar. in clibano
poſt extract. panis vaſe diligenter
lutato exſiccat. & non
combuſtar. ʒiij *pulvis ad ſtrumas.*

 arcani

arcani duplicat. Mynſ.
pulver. viperin. ana ℥j.
magiſter. ſpin. viperarum,
Croci ana ℥ß.

M. f. pulvis. doſis à ℈j. ad ℥ſ. lunâ decreſcente.

Valet etiam ab extra *emplaſtrum de galbano Crocatum Mynſicht.*

V.

Inflammatio mammillarum.

SÆpè parvis momentis magni caſus: ut nihil timendum, ſic nihil contemnendum. Minus periculoſa per ſe eſt inflammatio mammillarum aliorum tumorum reſpectu, partium tamen affectarum ratione periculoſa evadere poteſt, dum eadem ſæpè in ſcirrhum, aut cancrum degenerat. *Sennertus l. 4. part. 2. ſect. 1. c. 3.*

Inflāmatio mammillarum quid? Eſt autem inflammatio mammillarum tumor durus, dolens, calidus, & ruber, cum febre, ob ſanguinem copioſius affluentem à lochiorum ſuppreſſione, vel inibi ſtagnantem à lactis abundantia, ortum ducens.

Mulieres ad præcavendam inflammationem mammillarum, lactisque coagulationem (vor das ungeſegnet ut vocant) accipiunt

unt telam crudam & non inſolatam,& aquæ, in qua *Crocus* & camphora diſſoluta fuerint, immergunt, exſiccant, ac exſiccatam mammis applicant.

Quod ſi actualis jam inflammatio eſſet, & lactis coagulatio.

℞. Chartam cæruleam, quam inungunt butyro rec. ſuperſpergendo raſuram liquiritiæ c. *flor. Croci integris*, ſicque mammis admovent.

Franc. Joel in inflammatione mammillarum ad digerendum & emolliendum tale ordinat cataplaſma:

℞. Medull. panis ſilig. ℔ß.

Coq. in lacte dulci ad cataplaſmatis formam, add:

Croci ʒj. myrrh. ʒij.
luteor, ovor. No. II.

M. f. cataplaſma. *l. 3. Sect. 3. f. m. 298.*

Ad maturandum tumorem *Philip. Gryling.* hoc utitur:

℞. *Croci* ʒj.

album. ovi,& cochl. j. butyri martialis, aprilis, vel majalis, ſimul mixta extend. ſuper corium, vel linteum cannabinum mammis imponendum.

Pro majori ſuppuratione:

℞. Malvæ Mj. violar. Mß.
ficuum. No. V.

Coq. ad mollitiem contund. add:
pulv. rad. alth.
farin. ſem. lini, fænugræc. ana ℥j.
add:
vitell. ovor. No. iij.
Croci ℈j.
M. f. cataplaſma. *Sennertus.*

VI.

Ambuſta.

SOle ad occaſum properante adeò prolixè augentur umbræ, ut cum diei interitu in noctem abeant.

Sæpè ambuſta malè tractata, declinante calore naturali, umbræ imminentis gangrænæ ad totius corporis interitum comitantur.

Ambuſta quid? Et ſunt ambuſta combuſtio partium ab igne, aqua fervida, metallo, vel pulvere pyrio, cum vel ſine puſtulis exorta.

Ad empyreuma extrahendum, ſimulque cutim exſiccatam emolliendam tale imponit unguentum. *Balthaſ. Timæus* von Güldenklee *caſ. med. l. 6. ſ. 293.*

℞. Alburnorum in profluente aqua recenter captor. ℔j

frigantur in ſartagine cum butyr. majalis q.ſ. pinguedo fundatur ſuper aquam frigidiſſimam, coagulata ſeparetur, hinc add: unguent. baſilic. ℥j. ol. lib. alb. roſ. amygd.

d. ana

d. ana ʒſ. vitell. ovor. No. II. *Croci* ℈j. M. f. unguentum.

Vel

℞. Luteor. ovor. No. VI.
ol. roſar. ℥ij.
Croci & boli ana parùm
M. f. unguentum.

VII.

Gangræna.

Quando publicæ calamitates non ſentiuntur amplius certum eſt impendere totis Rebuspublicis extremam everſionem, & interitum.

In ægro corpore pro læthali ſigno habent Medici, quando ægrotus morbum ipſe non ſentit, & interrogatus nihil dicere poteſt, quod doleat. Contingit hoc in Gangræna, ubi eadem in Sphacelum tranſiit.

Eſt autem Gangræna incipiens extinctio cum partis livore, nigredine, ſtupore, ab humiditatis nimia affluxione & refrigeratione, vel calore extraneo, ligatura forti impediente ſanguinis circulum, malignitate, &c. ortum ducens. *Gangræna quid?*

Hoc in caſu experimentum eſt ſequens *Rulandi in Pharmacop. nova thec. 3. f. 56.*

℞. Stercor. vaccin. ℔j.
ol. roſar. ℥iiij. aceti ℥iij.

Croci ℈ß.

M. pro emplaſtro: quod applicetur ſingulis tribus horis calide: extrahit calorem, mitigat dolorem, aufert tumorem.

VIII.

Ecchymoſis.

FUr furem cognoſcit, & lupus lupum.

Non ita aliquando frater fratrem, ubi in primis alterius facies per contuſiones quoquo modo deformata eſt.

Contigit quid ſimile Olympionico illi luctatori, cum pugnando ita mutilatus eſſet facie, ut ſibi planè diſſimilis videretur, ex hæreditate quoque paterna excidit, quoniam frater imagine illius pictâ jam olim coram Judice prolatâ eum non eſſe fratrem ſuum, convicit *Theatrum vitæ human. volum. 16. f. 2496.*

Contuſio quid? Et eſt contuſio ſanguinis concreſcentis effuſio ſub cute cum impetu ſine vulnere, ab extrinſeco aliquo contingens.

In reſolvenda & exſiccanda materia par non habet ſequens cataplaſma:

℞. Rad. conſolid. utr. ana ℔ß.
chamomill. melilot. ana ℥ij.
Croci ʒß. farin. fabar. ℥iiij.
butyr. ſ. ſ. ℥v. farin. fænugr. ℥iiij.

Coq. radices usque ad coctionem temperatam

tam, dein reliqua ponantur, additis ſucci abſynth. & cumin. ana ℥j. *Epiphanius in Empyric. f. 411.*

In caſu ab alto, maximè infantulorum nil præſtantius eſſe ipſo *Croco* in aceto poſito, donec illud coloretur, eoque calidè ſumpto teſtatur *Matthiolus.*

Vel

℞. Boli. armen. terr. ſigill.
rub. tinctor. rhab. el. ana ℥iſ.
myrtill. ʒj. *Croci*, coſti ana ℈ß.
M. f. pulvis. *Ferd. Epiphanius in Empyric. fol. 450.*

IX.

Vulnus.

QUorum in corporibus vulnera facile conſolidationem patiuntur, hi ſimiles videntur lucio piſci in Anglia: de cujus pretio emptor, modo pinguis ſit, convenit; explorantur autem interanea ventris vulnere facto, ſi non placeat, aquæ conſutus, etiam ſæpè non conſutus redditur, & tamen vulnus conſolidatur, manetque lucio vita.

Hujus cauſam alii piſcinis attribuunt, in quibus Tincæ ſunt, quarum affrictu tamquam ſarcocolla coaleſcere vulnus, & conglutinari putant. *Cardanus l. 10. de ſubt. & Scaliger exerc. 201,* in lucii carnem glutino-

ſam

ſam referunt: indicio ſumpto; quod illa inter edendum contrectata digitis cohæreſcat.

Vulnus quid? Eſt autem vulnus ſolutio continui cruenta ab aliqua cauſa externa per inciſionem, puncturam; globo ſclopeti, morſu animalis rabidi, &c. ortum ducens.

Digeſtivum pro vulneribus tale proponit *Fabricius Hildanus obſervat. Chirurg. cent. 2. obſerv. 79. f. 150.*

℞. Terebinth. lot. in aq. ſcabioſ. ℥ij.
cerae novæ, gummi elemi ana ℥j.
ol. roſ. amygd. d.
de vitell. ovor. ana ℥ſ.
Croci ℈j. vitell. ovi No. I.

M. f. unguentum.

Vulnera certo & ſalubriter glutinat unguentum aureum Meſue, quod *Crocus* ingreditur. *vid. Pharmac. Spagyr. Petri Poterii l. 3. ſect. 9. f. 575.*

Ubi canis rabidus vulnus inflixerit:

℞. Cantharid. abſciſſis cruribus
& capitibus ℥j.
lentium mundat. ℥ſ.
Croci, ſpicæ. garyophyll. ana ℈ß.

M. doſis ℈ß. c. vino manè tribus aut 4 diebus donec ſanguinem mingat patiens, & liberabitur. *Epiphanius in Empyric. f. 431.*

Ubi aderit vulnus per puncturam in nervis:

℞. Flor.

℞. Flor. hyperici ℔j.
ol. antiquiſſ. ℔j.

M. expone per aliquot dies radiis ☉. tum fortiter exprimantur: iterum adde eandem quantitatem flor. hyperici, therebinth. ℥ij. vernicis granuloſæ, euphorb. caſtor. ana ℥ſ. *Croci* ʒj lumbric. c. vino alb. lot. Mij. deſtill. ſ. a. & ſerva. Curat puncturas nervorum, partiumque nervoſarum calide inſtillatum, ſolvit contuſiones articulorum, tumoresque flatuoſos & pituitoſos: & eſt oleum ad ſpaſmum Magni Ducis Hetruriæ: *vid. Select. Remed. Pravotii f.38.*

X.

Ulcus.

CAnis morſus tam pernicioſus ſtatuitur; ut is, qui ſemel à cane læſus fuerit, peſtilenti contagione gallinarum incubitus, pecorum fætus, & abortus interventu ſuo vitiare, ejusque introitu alterius vulnera aggravare dicatur. Pernicioſior adhuc canis rabioſi urina eſt, ita quidem, ut ſi quis in illam ſuam conjecerit, ad generationem pigrior torpore lumborum afficiatur, eadem etiam quoquò modo calcata, maximè ulcera habentibus ut ſummè noxia, ita apprimè cavenda erit. *Joann.Pierius val.*

Eſt autem ulcus ſolutio continui cum pure *Ulcus quid?*

ab

ab humoribus acribus, mordacibus, erodentibus, vel à vulnere, vel abſceſſu, &c. ortum ducens.

Ad ulcera tibiarum tibialia aquâ flor. ſambuci Crocatâ intincta commendat *D. D. Philipp. Jacob. Sachs à Lewenheimb.*

Pro abſtergendis ulceribus laudat ſequens *Petrus Poterius obſervat. & curat. cent. 2. f. 132.*

℞. reſin. pini, picis naval. ana ℥ij.
terebinth. clar. ℥j.
vitell. ovor. No. II.
ariſtol. ☉ thuris ana ʒj.
Croci ℈j. ol. roſar. parum

M, f. unguentum.

Ubi ulcus ſerpens in fiſtulam abierit *Thomas Keslerus in Chym. proceſſ. f. 153.* aquam ſuam balſamicam mirè extollit, ut & ad bubones peſtilentiales, & carbunculos, quæ:

℞. fol. & flor. rorismarin.
lauri, fænicul.

veron. nicotian. myrti. plantag. ana. deſtilla ex his aquam, & ſi habeas ℔vj. add. terebinth. venet. ℔j. gumm. heder. ceraſor. ana ℥iij. thuris, myrrh. mumiæ veræ ana ℥iiſ. aloës ℥iij. garyophyll. macis ana ℥j. ſacchar. ℔ß. *Croci* ℥ß. M. omnia, & deſtill. per aren. ſ. a. & relinque ſic deſtillatum usque ad refrigerationem. Hujus aquæ oleaginoſæ ℞. gt. iij. & lava his fiſtulam.

Vel

Vel

℞. ol. commun. ℔ij.
ſal. armon. ℥j. bitumin. ℥ij. *Croci* ℥iß. bulliant in B.M. ad conſumpt. tertiæ partis, & hoc oleo imbuta lini petia quotidiè per 4. horas ſuper fiſtulam teneantur, expertum eſt. *Joann. Prævot. ſelect. remed. f. 69.*

Ad fiſtulam thoracis abſtergendam & exſiccandam medicamentum cum *Croco* deſcribit *Roder. à Fonſeca conſult. M. f. 31. tom. 2.*

XI.

Synovia, Germanis das Gliedwaſſer.

PEriculoſiores ſunt fontes, qui lympidis aquis blandientes oculis, perniciem tamen adferunt; minus verò formidandi, qui ipſas ſpecie teſtantur aquas eſſe fugiendas. *Plinius l. 31. c. 2.*

Pellucida in Synovia lympha manat: Sed quis hanc in vulneribus non magis quam puris quodcunque effluvium timebit? ubi ab ejus emanatione omnis vulnerum conſolidatio inanis eſt.

Commendatur interne â *D. Laurent. Scholtzio in M. ſ. ſ.* magiſter. ocul. ♋. vel potiuncula ex aq. urticæ lapp. majoris, cui indice ocul. ♋. thuris, teſtar. ovor. ana ℥ij. *Cro-*

ci ℥j.

ei ℥j. continuetur per 5. dies. *vide Gammarolog. Curioſ. D. Jacobi Philipp. Sachſii f. 830.*

Caput XXIII.

De
Uſu Croci Mechanico.

Fucum capillorum (ad quos tingendos non ultimum *Crocus* tenet locum) Lacedemoniis exoſum fuiſſe Chiorum Orator exemplo eſt. Quem cum ſenectutis puderet, canitiem ſuccis fucaverat. Sed hunc ſurgens Archidamus illius Reipublicæ Princeps publice confudit, dicens: Quam obſecro ſermonis in columitatem habiturus eſt hic, qui mendacium non in anima ſolum, verum etiam in capite circumfert.

Ejusmodi *oleum crocatum* deſcribit *Alex. Pedemont. l.4. de ſecret. f. 204.* ad capillos flavo colore tingendos.

Simile eſt ſequens, quod:

℞. Median. cort. ſambuci,
flor. geniſtæ, *Croci*,
vitell. ovor. ana q. ſ.

Coq. in aq. & quod ſupernatabit collige, & inde capillos inunge,

℞. Pa-

Vel

℞. Paleæ hordei, cort.glyzyrrh.
raſur.buxi,fol. buxi
Croci, cumini ana q. ſ.
lixivii è ſarmentitio cinere q. ſ.

Coq. omnia bene, & f. lixivium : quo ſi ſæpius capilli laventur, maximè flaveſcunt, aurique colorem imitantur. *idem l. f. 178. & 179.*

Liquor aureus ſine auro ad ſcribendum talis ex *Croco* eſſe poteſt.

℞. *Succi flor. Croci rec.* vel ſi deeſt :
Croci contrit. auripigment. opt. &
lucidi ana part. j.

M. & terantur c. felle caprino, vel lupi piſcis quod melius eſt: dein cum in vaſe aliquo poſitum aliquandiu ſteterit, auferatur, & conſervetur liquor ad ſcribendum, & pingendum. *Weckerus de Secret. f. 617. Pedemontanus de Secret. l. 5. f. 253.*

Aliud ex *Croco* ad pelles in aurandas, quibus cùm alia, tùm peristromata, & aulæa fiunt. *vid. Pedemont. de Secretis l. 5. f. 240. Jacob. Wecker. de Secret. l. 16. f. 627.*

Ad ſaccharum glauco colore tingendum:

℞. *Croci* ʒj.

Infund. in aq. font. ℔j. per diem & noctem, calefiat, poſteà coletur, & c. dicta aqua ſaccharum coquatur, *Alex. Pedemont. de Secret. f. 166.*

Quæſtiones Crocum concernentes

QUÆSTIO I.

An *Crocus* ſit Napelli antidotus?

MAgnam adverſus venena poteſtatem ſibi vendicare *Crocum*, nemo dubitabit, qui ea, quæ *cap. de viribus Croci in genere*, & *ſ. de Peſte*, diximus, penſitabit.

Adſtipulatur nobis *Foreſtus l. 30. de venen. in Schol. f. 122.* ubi *Crocum* inter alia Napelli virus infringentia recenſet.

Idipſum magis confirmare videntur literæ *Excell. D. Michaëlis Ettmüller M. D. Lipſiæ Practici & Collegæ noſtri colendiſſ.* nuper ad nos datæ, in quibus refert ſe ab amico ſuo Medico in Polonia habere, illius Regni Incolas in acetariis Napelli flores libentiſſimè & innoxiè aſſumere, qui alias maximè deleterii perhibentur; hæc inaudiens ſtupui, & dubitavi, num fortè alii flores, præprimis conſolidæ regalis, eſſent, utpote inter quos magna intercedit ſimilitudo: cum neque flores Napelli ita obviam in hortis, prout in montanis, habeantur. Sed iteratâ reſcriptione præ-

ne præfatus D.D. priora confirmavit: & cauſam innocuæ aſſumptionis in eximiam *Croci* vim, qui virulentiam Napelli corrigat, devolvit, cum Poloni impenſe *Croco* delectentur, & illius ſæpe ℥j. unâ vice juſculis addant, & piſces eodem aromatizent.

Niſi fortè quis dicere vellet, flores Napelli in Polonia non tam mortiferæ qualitatis eſſe quam in Germania, vel Italia: Exemplo deſumpto â ſemine papaveris Polonico, quod ad ℥j. & plures aſſumptum nihil nocet; contra eadem doſis in Italia multum obfuiſſe â plurimis obſervatum eſt.

QUÆSTIO II.

Crocus an Crapulam arceat, vel potius eandem procuret?

Dubitandi cauſam præbet Dioſcorides, qui *Crocum* ſi cum paſſo bibatur, Crapulam arcere ſcripſit. Nec ab hac via diſceſſit Plinius, qui non tantum *Crocum* ebrietati reſiſtere credidit ſi bibatur, ſed & *Coronas Croceas* ebrietatem mulcere ſcripto reliquit.

Alii verò ut Serapio ex authoritate Rha-

ſis *Crocum* inebriare, ſi cum vino miſceatur, defendit. Cum quo conſentit Nominatiſſimus ille Practicus Joann. Michaëlis Lipſienſis, qui vinum, cui tantillum *Croci* admixtum eſt, citò inebriare teſtatus eſt; lætificat enim cor hominis *Crocus*, uti vinum: ſpiritus vivificat: ſenſus omnes vegetos reddit: unde non mirum ſi vinum ejusmodi hauſtum hominem citius crapuloſum faciat.

Quod ſi tamen crapulam arceat, id ob ſpiritus forte copioſos fieri, qui vini ſpiritus annihilando impediunt, quo minus ſeſe in actum exercere poſſint, credendum eſt. Sunt enim magis analogi *Croci* ſpiritus noſtris ſpiritibus, quam vini ſpiritus: ſumme namque *Croci* ſpiritus cordi amici ſunt.

Aut quia *Crocus* ſtomachicus eſt, ideò forſan vaporum aſcenſum nimium in caput prohibebit: facilius enim inebriantur illi, quibus cerebrum imbecillum, & ventriculus æſtuoſus. *Jaſon Pratens. de cerebr. Morb. c. 20. fol. 320.*

Aut certe *Crocus* crapulam arcet, quod vaſa, cor, & venas dilatet: Ubi citius in ebriantur, quibus calida & denſior corporis conſtitutio, & venæ ſunt anguſtiores. *Holler. comment. in ſect. 5. §. 5. Hipp.*

Doſim tamen ſi *Crocus* excedat ſpiritus noſtros (uti ſæpius dictum) diſſipando hominem ridendo interimit. Quæſtio

QUÆSTIO III.
Crocus an ſomnum vel vigilias inducat?

CRocum ſomnum inducere ſcripſit Plinius, ut & *Matthiolus in Herbar. f. m. 18.* Confirmant hoc alii, qui ſertum ex floribus *Croci* capiti circumpoſitum ſomnum conciliare defendunt.

Alii contra ſoporoſas affectiones pugnare credunt, inter quos eſt *Iſaacus Judæus de diæta & herb. part. f. 481. Tragus, Freitagius aurör. med. f. 502. & ſeqq.* qui *Crocum* in ſoporoſis affectibus, ſpeciatim verò in lethargo mirè commendat.

Pro reconciliatione utriusque partis dicemus cum prima, *Crocum* ſummè anodynum eſſe ut habet in *Quadripart. Botan. Simon Pauli f. 52.* ergo ſomnum inducere valet.

Addatur, quod ordinariè *Crocus* aliis ſoporiferis & narcoticis medicamentis miſceatur, qui ſuâ ſubtilitate medicamenta narcotica magis penetrare faciat, & citius in actum operationis reducat.

Secunda Pars nullas patitur difficultates: eſt enim *Crocus* calidus & ſiccus, ergo in affectibus frigidis & humidis quales ſunt ſoporoſi, ſummè reperietur conducibilis.

Secundò concoquit *Crocus*; unde in pituita concoquenda & digeranda erit utiliſſimus.

Tertiò ſenſus vegetos reddit, qui in hiſce affectibus torpidi quieſcunt.

QUÆSTIO IV.

Crocus an fætum tingat in Utero?

Dubitare de ſingulis non eſt inutile, inquit *Philoſophus lib. prædicament.* ut nimirum ſubſiſtat â parte rei quod eſt verum, ſolidum, & ſyncerum.

Magnum & admiratione dignum dicere viſus eſt *Amatus Luſitanus*, ubi *curat. med. cent. 5. f. m. 71.* refert, mulierem quandam ab epoto medicamento cui *Crocus* admixtus eſſet, duas puellas ab extra coloris lutei peperiſſe: & hanc coloris cauſam ipſi *Croco* artribuit, ſigno deſumpto, quod color loturâ aquæ diſparuerit.

Non defuit nobis dubitandi anſa, ubi omnia comeſtibilia ſive rubra, flava, aut cujuscunque demum coloris ſint, priore, ſibique proprio evaneſcente colore, album induant.

Porrò

Porrò cum̃ nihil dulcius ſit,ut loquitur *M. Tull. ad Att.* quam omnia ſcire: hanc Amati aſſertionem (parcant mihi illius manes)præſente anno, & quidem quadrageſimali tempore ad veritatis incudem plenius devolvi.

Sumendo canem fœminam trium vel quatuor ſeptimanarum gravidam, cui toto reliquo geſtationis tempore tam cibum quam potum *Croco* tinctum exhibui, donec octo forſan dies ad partum ſupereſſent, ubi ultimis tribus diebus etiam ad ℥ij. & ℥iij. *Croci* juſculis addidi.

Hæc crocata, etſi primò ſperneret canis, fame tamen plus urgente poſteà alacrius ſumpſit.

Opportunè tunc temporis in Anatomia publica corporis fæminei ob ſupplicium capite mulctati occupatus eram: ad finem itaque perductâ feliciter omnium partium præparatione & explicatione, præfatum canem publicæ quoque ſectioni deſtinavi, ut eluceſceret dicti illius *Amati*, & cum eo ſentientium quorundam Medicorum veritas.

Teſtes tunc præſentes invoco Illuſtriſſ. D. D. S. Rom. Imp. Comitem Philippum Chriſtophorum â Liechtenſtain &c. &c. & Illuſtriſſ. D. D. Joannem Antonium Lib. Bar. de Queſtenberg. &c. &c. Inclyt. Sena-

tum Brunenſem, aliosque D.D. Spectatores id ipſum intuentes.

Sectâ itaque in cane totâ abdominis regione ut & ipſo utero ad placentas uſque, iisque demum etiam diſſectis, ſumpſi colliquamentum, quod non exiguo colore croceo tinctum viſebatur, ſcutellæ impoſui, & igni ad concretionem admoveri præcepi: interim jucundo viſu contemplandi erant catelli de nigro ad albedinem variegati coloris hinc inde ſeſe volutantes, in quibus albidiores cutis particulæ plenariè croceo colore tinctæ fuerant.

Exinde verum eſſe quod aſſeruit *Amatus Luſitanus* Crocum etiam in utero fœtum tingere, luce meridianâ clarius apparuit, eundemque cum optima ratione ut Regem ad pellendum fœtum, & menſtrua adhiberi.

Quo modo verò chylus albicans nec *croco* tinctus in vaſis lacteis per meſenterium diſperſis ſe viſui obtulerit, & tamen tincturâ donatus, nec eâ ſpoliatus fuerit, altioris eſt indaginis.

Niſi dicere velimus ſubtiliſſimas *Croci* particulas, in quibus potior tinctura conſiſtit, relictis reliquis chyloſis craſſioribus, iisque valedicendo anhelosâ cordis attractione per ductum thoracicum furibundè

cor

cor petiiſſe, cum iisdem ſumme cor delecte-tur; Quod verò eadem tinctura nec in ſanguine viſa fuerit; credendum propter ſaturatam & intenſam tincturæ quam poſſidet rubedinem, in ſanguine, ceu quem potius exaltat, adverti non potuiſſe: pollet enim *Crocus* tincturâ ſanguineâ, & abundat multo ſulphure fixo, atque ideò etiam ob poros ejusdem valdè conſtrictos & coarctatos difficulter coloris ſui reſolutionem patitur; nec ſulphure ſuffumigatus colorem perdit; forte quia planta ſolaris eſt, & ſoli metallorum ♁r. tincturam addat, ubi contra alia vegetabilia poros valdè laxos habentia, etiam â radiis ſolaribus facilè, diſparente eorundem tincturâ in ſuperficie mutationem ſubeant.

Vel ſi cum Chymicis ſentire velimus, tincturam *Croci* in chylo tantum introverſam eſſe, non aliter, ac in coralliis rubicundiſſimis accidere ſolet, ubi illa in teſtis non adeò profundis ſuperficietenus â flamma lambuntur, & reverberantur, albeſcunt; per ſuccedentes verò gradus ignis in flavedinem, citrinitatem, & rubedinem ſummam (quam initio occultârant) abeunt, unde demum fit tinctura rubicundiſſima.

Quod autem in colliquamento denuo tinctura *Croci* conſpectui ſeſe obtulerit, inde

factum fuiſſe conjecturandum eſt: ubi ſanguis *Croco* impraegnatus per arterias in placentam defertur, â glandulis verò ibidem magis depuratur, & per membranarum poros amplius filtratur, colliquamentum tenuius, albidius, clariusque evadit, nec ita *Croci* tincturam, quemadmodum in arteriis exiſtens palliare, & abſcondere potens eſt, ſed eam prodere cogitur.

Si quis opinaretur per vaſa lactea chylum ad uterum deferri, ei ideò repugnamus, cum defacto illuc tendentia vaſa nulla inventa ſint; Nec hoc opus vaſa lymphatica, conſiderato eorundem uſu, exercere poſſunt.

Sed! dum vaſorum lymphaticorum mentio fit, pro coronide placet adnectere obſervationem lymphaticam â me, præſentibus Nobiliſſ. Viris D. D. Scholzio, Sattler, Renck, aliiſque obſervatam: ubi vaſa lymphatica per membranas cerebrum involventes, ut & cerebrum ipſum ſeſe diffundentia aliquot Magni Nominis Anatomici negant.

Obſervatio lymphatica. Expertus ego contrarium teſtor: dum enim ante annos aliquot Patavii ab Illuſtriſſ. D. D. Comite Hieronymo Frigimelica Auguſtiſſ. Nat. Germanicæ Protectore meritiſſimo infans quidam Hydrocephalo mortuus, â caſa di Dio (ut vocant) mihi dono datus

datus eſſet, aperto illius cranio reperi vaſa lymphatica extra & intra cerebrum inſtar calami ſcriptorii hinc inde reptantia quædam rupta, plurima autem lymphâ adhûc plena. Nec eſt ut quidam objiciat ea fortè fuiſſe venas & arterias, ubi ob copiam ſeroſorum humorum, quibus hoc ſubjectum plurimum abundabat, illa optimè â venis & arteriis diſtinguere valui.

Et hoc ad DEI Opt. Max. Gloriam, proximi ſalutem, & Reipubl. Literariæ Curioſorum incrementum de *Croco* dicta ſunto.

INDEX.

A.

ACetum crocatum 49
Ægylops quid? 102
Affectio Hypochondriaca quid? 195
Agrypnia quid? 86
Aloe an hæmorrhoides aperiat? 165
Ambuſta quid? 264
An Crocus Crapulam arceat vel promoveat? 275
An Crocus fœtum tingat in utero? 278
An Crocus ſit Napelli antidotus? 274
An Crocus Somnum vel Vigilias inducat? 277
An detur faſcinatio? 92
An dentur ſpectra? 76
Angina quid? 120
Anorexia quid? 157
Aqua Croci. 35
   anticolica ſpecifica. 177
Arcanum Croci. 38
Ardor ſtomachi quid? 156
Arthritis quid? 254
Aſthma quid? 124
ex Aurium cavitate effluentia. 112
Aurium Dolor quid? 109
   tinnitus quid? 107
   ulcus quid? 113

B.

Balſamus ſecretus in Phthiſi. 142

C.

Calculus quid? 201
Catarrhus quid? 82
Catarrhacta quid? 98
Chloroſis quid? 212
Colica quid? 174
Conſerva Croci. 53
Contuſio quid? 266
Cordis palpitatio quid? 153
Crocus quid? 4
Croci Aqua. 35
   Arcanum. 38
   Conſerva. 53
   Differentia. 6
   Elæoſaccharum. 48
   Dlectio. 24
   Eſſentia. 35. 36
   Extractum. 35. 37
   laus à viribus. 27
   locus natalis. 13
   magiſterium. 49
   nomen unde? 2
   oleum coctum 46
   oleum deſtillatum. 47

Oleum

oleum per inſolationem. 46
propagatio. 16
pulvis. 34
Sal fixum. 39
ſal volatile. 38
ſpiritus. 35
ſpiritus compoſitus. 175
Tinctura ſeu Eſſentia. 35.36
uſus mechanicus. 272.
Crocus an Crapulam arceat? 275
an fœtum tingat in utero? 278
an ſit Napelli antidotus? 274
ac ſomnum inducat? 277
Crocatum Acetum. 49
Eclegma. 51
Electuarium. 52
Emplaſtrum. 57
Enema. 55
frontale. 57
hydromel. 50
linimentum. 56
Crocomagma. 55
Crocati morſuli. 54
moſchardini. 54
Crocatum oxymel. 50
Crocatus pannus 59
Crocatæ Pilulæ. 53
rotulæ. 54
Crocatum ſief. 58
ſuffumigium. ibid.
Crocatus Syrupus. 50
Crocati Trochiſci. 54
Crocatum Vinum. 49
unguentum. 56

D.

Diarrhæa quid? 173
Differentiæ & ſpecies Croci. 6
Dolor aurium quid? 109
Capitis quid? 60
Dentium quid? 115
poſt partum quid? 229
Dyſenteria quid? 170

E.

Eclegma Crocatum. 51
Effluentia ex aurium cavitatibus. 112
Elæoſaccharum Croci. 48
Electio Croci. 24
Electuarium Crocatum. 52
Elixir pectorale D. D. Michaelis 45
proprietatis Helmontii 41

Paracelſi. 40
Emplaſtrum crocatum. 57
Emplaſtrum ſecretiſſimum in hyſtericâ paſſione. 222
Empyema quid? 149
Encomium Salis. 42
Enema crocatum. 55
Epilepſia quid? 70
Eryſipelas quid? 253
Eſſentia Croci. 35. 36
Extractum Croci. 35. 37

F.

Faſcinatio an detur? 92
Febris quid? 236
Flagella Hominum. 241
Frontale Crocatum. 57

G.

Gangrana quid? 265

H.

Hæmorrhoides an Aloe aperiat? 165
cæca quid? 166
fluida quid? 169
uteri cæca quid? 219
Hepatis inflãmatio quid? 179
Hepatis intemperies quid? 192
Hepatis obſtructio quid? 190
Hepatites quid? 181
Hernia quid? 262
Homunculus vegetabilis. 39
Hydromel crocatum. 50
Hydrops quid? 184
Hypochondriaca affectio quid? 195
Hyſterica paſſio quid? 220

I.

Icterus quid? 185
Imbecillitas Hepatis quid? 181
Impotentia ad Venerem quid? 206
Incubus quid? 65 (179
Inflammatio Hepatis quid?
mammillarum quid? 262
Intemperies Hepatis quid?
Iſchuria quid? 204 (192

L.

Laus Croci à viribus. 27
Laus numeri ſeptenarii. 118
Lethargus quid? 73
Lienis obſtructio quid? 193
Linimentum expertum in obſtructione lienis. 194.
Linimentum crocatum 56
Liquor ſecretus ad multiplicandos fructus 22
Lochia retenta quid? 234
Locus natalis Croci. 13

Lym-

Lymphatica obſervatio 282

M.

Magiſterium Croci 49
Mammillarum inflammatio quid? 262
Mania quid? 91
Memoria læſio quid? 74
Menſium ſuppreſſio quid? 213
Mixtura excellens contra lethargum. 73
Mola quid? 231
Morſuli crocati. 54
Moſchardini crocati. ibid.
Mures & talpæ Croco inimica. 17

N.

Nauſea quid? 161
Nomina unde ſumant originem. 1
Nomen Croci unde? 2
Numeri ſeptenarii laus. 118

O.

Obſervatio crocea 189. 196.
lymphatica. 282 (215
Obſtructio Hepatis quid? 190
Lienis quid? 193
Oculi procidentia quid? 103
unguis quid? 101
Ophthalmia quid? 93
Oleum croci coctum. 46
Aliud ad œdematoſos pedes ibid.
Deſtillatum. 47
Inſolatum 46
Oleum ſacchari crocatum compoſitum. 84
Oxymel crocatum. 50

P.

Palpebrarum tumor quid? 104
Palpitatio Cordis quid? 153
Pannus crocatus. 58
Paralyſis quid? 65
Parotis quid? 111
Partus difficilis quid? 223
Paſſio hypochondriaca quid? 195
Hyſterica quid? 220
Peripneumonia quid? 147
Peſtis quid? 241
Phlyctena quid? 100
Phrenitis quid? 90
Phthiſis quid? 140
Pilulæ crocatæ 53
ſpecificæ contra dolorem capitis. 60
Pleuritis quid? 145
Procidentia oculi quid? 103
Propagatio Croci 16
Prunella quid? 118

Pulmentum in Colicâ familiare 178
Pulvis Croci 34
Specificus in colica 176
in Epilepſiâ ſecretus 72
Ad Ičterum. 188
Ad menſtrua pellenda 216
Ad partum 225
Ad Strumas 261
In tympanitide expertus. 184
Ad Venerem. 208
Ad Vermes necandos 163

Q.

Quinta eſſentia croci. 38

R.

Remedium ad mures. 19
Ad Talpas. 17
Rotulæ crocatæ. 54

S.

Sal croci fixum. 39
Volatile 38
Salis encomium. 42
Scorbutus quid? 297
Scrophulæ quid? 261
Secundina retenta quid? 232
Septenarii numeri laus. 118
Sief crocatum. 58
Singultus quid? 160
Socrates conſtans. 195
Spectra an dentur? 76
Spiritus aſthmaticus ammoniacalis crocatus. 129
Croci ſimplex. 35
Croci compoſitus. 175
Sterilitas quid? 210
Suffumigium Crocatum. 58
Suffuſio quid? 98
Suppreſſio menſium quid? 213
Surditas quid? 105
Syncope quid? 150
Synovia. 271
Syrupus crocatus. 50

T.

Talpæ & mures Croco inimicæ 17
Teneſmus quid 171
Tinctura Bezoardica expertiſſima in Peſte. 248
Tinctura Croci 35. 36
Stomachalis experta. 158
Tinnitus aurium quid? 107
Trochiſci crocati. 54
Tumor quid? 259
Palpebrarum quid? 104
Tuſſis quid? 136

V.

Vermes quid? 163
Vertigo quid? 68
Vigiliæ nimiæ quid? 86
Vinum crocatum 49
Vis alviduca aquæ pluvialis circa ſolſtitium vernale collectæ unde? 55
Ulcus quid? 269
aurium quid? 113
Unguentum crocatum 56
Unguis oculorum quid? 102
Uteri hæmorrhoides quid? 219
Vulnus quid? 268

FINIS.

Explicatio Tabulæ.

A. *Crocus virens ordinarius.*

B. *Crocus florens ordinarius Colchici florem repræſentans; cui aſſociatur Crocus vernus flore candido.*

C. *Crocus Autumnalis flore purpureo ſilveſtris. Sub quo continetur Crocus flore violaceo: Pyrenæus flore obſcuro violaceo, biflorus, montanus.*

D. *Crocus vernus latifolius cum floribus albis ex toto. Sub quo militat Crocus latifolius floribus albis ſtriatis: Crocus latifolius flore majore & minore purpureo: flore albo verſicolore: flore purpureoverſicolore: flore pallido: flore aureo.*

E. *Crocus vernus latifolius flore magno virgato purpureis ſtriis.*

F. *Crocus vernus polyanthos floribus purpureo-violaceis. Sub hoc præterea comprehenditur Crocus vernus polyanthos floribus multiplicibus candidis turmatim aſcendentibus.*

G. *Crocus vernus polyanthos foliis latioribus ex bulbo luteo cinereo depreſſis vaginatim in florum colore fulvo ceraceo multiplicum corona totus recta turmatim aſcendens.*

H. *Crocus tenuifolius flore albo magno. Cui ſubeſt: Crocus tenuifolius flore albo variegato: flore viola-purpureo: flore purpureo variegato: flore flavo: flore violaceo Hiſpanicus: flore cæruleo violaceo Hiſpanicus.*


A.
B.
C.
D.